









# NOVVS THESAVRVS PHILOLOGICO-CRITICVS

SIVE

LEXICON IN LXX ET RELIQVOS INTERPRETES GRAECOS AC SCRIPTORES APOCRYPHOS

# VETERIS TESTAMENTI

POST BIELIVM ET ALIOS VIROS DOCTOS

CONGESSIT ET EDIDIT

IOH. FRIEDER. SCHLEVSNER

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR
HVIVSQVE PROF. P. O. AEDI ARCIS PRAEPOSITVS
SEMINARII ECCLES. REGII VITEB. DIRECTOR



PARS TERTIA

*Z — M*



LIPSIAE CIƆIƆCCCXX
IN LIBRARIA WEIDMANNIA

IMPRESSIT BENEDICT. GOTTHILF TEVBNER







# Z.

**ZAKXH** vel *ZÁKXON*, *Zacchon.* Est גַּנְזַךְ, *gazophylacium*, transpositis literis hebraici nominis. 1 Par. XXVIII, 11. τῶν ζακχῶν αὐτοῦ. *Compl.* habet ἀποθηκῶν.

*ZÁΩ*, *vivo*, it. *in vita servo.* אֲנָשִׁים plur. *homines.* 1 Sam. V, 12. οἱ ζῶντες. - *הָיָה, *sum.* Cohel. VII, 14. Legerunt חָיָה seu חָיָה per Cheth loco He. *Theod. et LXX* Ps. CXVIII, 149. 156. Vide *Hex.* Significat ibi *reviviscere facere*, *vivificare.* 2 Reg. IV, 7. ubi pro תְּחְיִי legerunt תְּחְיוּ. *Vulg. vivite.* Lev. XIII, 15. sec. *schol.* ed. *Rom.* τὴν σάρκα ζῶσαν, quod est alius interpretis pro τὸν χρῶτα ὑγιῆ. - חָזָה, *video*, *aspicio.* Iob. VIII, 17. ἐν δὲ μέσῳ χαλίκων ζήσεται. *Vulg. commorabitur.* Respexerunt fortasse notionem verbi חָזָה nobis ignotam (arab. حذي notat *sedit ex adverso)*, vel חָזָה permutarunt cum חָיָה, *vivere* (aut חָוָה, si olim vere exstitit duplex radix, חָיָה sc. et חָוָה.), legentes יִחְיֶה. Ytrumque non incommode. Certe facilis est permutatio vocum יֶחֱזֶה et יִחְיֶה ex antiqua scriptura. - חַי, *vivens*, *vivus.* Gen. I, 20. 24. XXVI, 19. φρέαρ ὕδατος ζῶντος, fontem aquae vivae, h. e. *fontanae.* Vide et Lev. XIV, 5. Num. XIX, 17. Zach. XIV, 8. Conf. et Ioh. IV, 11. Ps. LVII, 10. ubi in textu *Symmachi* loco ζῶντα reponendum esse ζῶντας tota contexta oratio clarissime docet. Reperitur quoque lectio ζῶντας in Cod. *Regio* et apud *Theodoretum.* Psalm. CXLIV, 17. πᾶν ζῶν, omne vivens, et alibi saepius. - *חַי, in plur. חַיַּיָּא, chald. Dan. II, 30. IV, 14. 31. VI, 20. 26. - חָיָה. Gen. XIX, 19. τοῦ ζῆν τὴν ψυχήν μου. *Compl.* τοῦ ζῆσαι, ubi *Schol.* ζωῶσαι. Ps. CXL, 2. κύριος διαφυλάξαι αὐτὸν καὶ ζῆσαι αὐτὸν, dominus custodiat illum, et *in vita servet.* Vide et Ps. CXVIII, 17. 25. 37. 40. Psalm. CXVIII, 50. ὅτι τὸ λόγιόν σου ἔζησέ με, quia oraculum tuum *vivificat* me. Vide et v. 153. et conf. Ioh. VI, 51. Act. VII, 58. Hebr. IV, 12. X, 20. 2 Reg. IV, 7. ζήσεσθε. Legerunt תְּחְיוּ. *Vulg. vivite.* Ps. CXVIII, 116. ubi pro ζῆσόν με *Grabius* auctoritate hebraei et latini textus excudi fecit ζήσομαι. Favent etiam huic lectioni *Syr. Arab. Aethiop.* Eadem corrupta lectio irrepsit quoque in Cod. *Alex.* v. 72. et 144. ubi alia exemplaria recte habent ζήσομαι. - *חָיָה *chald.* idem. Dan. II, 4. V, 10. VI, 6. 21. - חַיִּים plur. *vita.* Gen. XXVII,

46. Lev. XVIII, 18. Psalm. LXVIII, 33. – נִצָּב Niph. a נָצַב, *constituor.* Psalm. XXXVIII, 8. *ματαιότης πᾶς ὁ ἄνθρωπος ζῶν.* Scil. נִצָּב proprie *is* dicitur, *qui erectus* seu *firmiter stat*, deinde autem *homo felix et in florentissimo rerum statu collocatus*, i. q. etiam LXX voce ζῶν h. l. exprimere voluerunt. Confer *Intt.* ad *Petron. Satyr.* c. 44. p. 277. ed. *Burm.* ac *Eurip. Danaes fragm.* 1. Sap. IV, 16. *ζῶντας*, *diu viventes*, *πολυετεῖς*. Sirac. XVII, 26. ubi repetitio vocis *ζώντων* vitiosa est. Sir. XXV, 7. *ζῶν καὶ βλέπων*, *tam diu vivens, ut videat.* Ib. XLIV, 14. *τὸ ὄνομα αὐτοῦ ζῇ εἰς γενεὰς*, memoria eius semper *florebit.* Iudith. II, 12. *ὅτι ζῶν ἐγὼ — λελάληκα καὶ ποιήσω αὐτά*, *per vitam meam* — quae dixi praestabo. Eodem modo ib. XI, 7. *ζῇ βασιλεὺς* est formula adiurantis, respondens hebr. חַי Ez. XX, 3. 2 Macc. III, 31. *σοὶ κεχάρισται τὸ ζῆν ὁ κύριος*, tibi donavit *vitam* Dominus. Hic infinitivus ponitur pro nomine. Ita etiam 2 Macc. III, 31. VII, 22. et in N. T. Phil. I, 21. Hebr. II, 15. et apud *Aeschylum Prometh. vinct.* p. 46. *τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος;* Conf. et infra in v. *χαίρω.*

*ΖΗ'ΙΝ ΠΟΙΕ'Ω*, *vivere facio*, *vivifico.* חִיָּה Pih. Deut. XXXII, 39.

*ΜΑΚΡΟ'Ν ΧΡΟ'ΝΟΝ ΖΑ'Ω*, *longum tempus vivo.* הֶאֱרִיךְ יָמִים, *prolongo dies.* Prov. XXVIII, 16.

*ΠΟΛΥ'Ν ΧΡΟ'ΝΟΝ ΖΑ'Ω*. *multum temporis vivo.* הִרְבָּה יָמִים, *multiplico dies.* Prov. IX, 11.

*ΖΕ'Α* et *ΖΕΙ'Α*, vel potius *Ζειὰ*, *zea*, vel *spelta*, *genus frumenti simile farri.* כֻּסֶּמֶת, idem. *Aqu. Theod. LXX* Ies. XXVIII, 25. *Aqu. Symm.* Ezech. IV, 9. *Aqu.* Exod. IX, 32. ubi vid. *Montf. Hieronymus* ad locum Ez. l.: *Aquilae autem prima editio et Symmachus ζέας s. ζείας interpretati sunt, quas nos vel far vel gentili Italiae Pannoniaeque sermone spicam speltamque dicimus. Lexicon vetus: Far, ζειά, σῖτος, ὄλυρα. Hesychius: ζειά, οἱ μὲν σίτου εἶδος, οἱ δὲ τὰς ὀλύρας.* Apud eundem post *Ζητρὸν ζεία* exponitur *κριθὴ ἢ σίτου γένος.* Sic etiam *Suidas: ζειά, εἶδος κριθῆς. Lex. Cyrilli MS. Brem. ζεῖαι, κριθαί.* Sed ab hordeo *ζειὰν* differre patet ex *Homeri* loco Odyss. IV. v. 604. ubi Telemachus, Menelai fortunas et agrum laudans, memorat, quod in illo praeter alia sint *πυροί τε, ζειαί τε, ἰδ' εὐρυφυὲς κρῖ λευκόν.* Vide et *Pollucem* lib. I. sect. 183. *Vitringam* ad Ies. l. c. *Ol. Celsii Hierobot.* T. II. p. 98. et notata infra s. v. *Ὀλύρα.*

*ΖΕ'ΜΑ* vel potius *ΖΕ'ΜΜΑ.* Vox ipsa hebr. זִמָּה, *scelus*, *facinus.* *Symm.* Lev. XVIII, 17. sec. Cod. *Basil.* seu potius *Theodot.* sec. *Coislin.* coll. Ezech. XVI, 27. *Inc.*, sine dubio *Theod.*, Iud. XX, 6. ubi vid. *Scharfenbergius* ac *Bonfrerius. Inc.* Lev. XX, 14. LXX Ezech. XXIV, 13. Confer *Drusium* in *Fragm.* p. 230. 605. et 621. Graecis *ζέμα* esset

*fervor. Dioscoridi* ζέμα est *decoctum*, ex ζέω, *ferveo.* An et hic potest exponi *fervidum factum, audax, calidum?*

*ΖΕΣΤΌΣ* (a ζέω), *fervidus, fervens, coctus.* מֻרְבֶּכֶת, *bullatum, frixum. Aqu.* Lev. VI, 21. VII, 12. ζεστή.

*ΖΕΥΓΊΖΩ, iugo.* צָמַר Pyh. *copulor. Aqu. Theod.* Num. XXV, 3. ἐζευγίσθη. 1 Macc. I, 15. ἐζευγίσθησαν sec. cod. *Alex.* ubi alii ἐζεύχθησαν.

*ΖΕΎΓΝΥΜΙ*, vel *ΖΕΥΓΝΎΩ, iungo, copulo.* אָסַר, *ligo.* Gen. XLVI, 30. ζεύξας δὲ τὰ ἅρματα αὐτοῦ (subaudiendum videtur ἵπποις), *iungens* autem equos curribus suis. Vide et Exod. XIV, 6. 1 Sam. VI, 7. ζεύξατε τὰς βόας ἐν τῇ ἁμάξῃ, *iungite* vaccas currui. Ibid. v. 10. 1 Reg. XVIII, 44. Confer Iudith. XV, 14. et *Aelian. V. H.* lib. II. c. 20. 27. – צָמַר Pyh. *copulor.* 2 Sam. XX, 8. μάχαιραν ἐζευγμένην, gladium *alligatum. Vulg. dependentem*, sensu eodem. 1 Macc. I, 17. ἐζευχθησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, coll. 2 Cor. VI, 14.

*ΖΕΥ͂ΓΟΣ, iugum*, item: *par.* עֵרֶךְ, *dispositio. Aqu. Symm. Theod. et LXX* Iud. XVII, 10. ζεῦγος ἱματίων, h. e. vestitum *duplicem*, ut etiam verba hebraica reddenda sunt: nam עָרַךְ notat *unum alteri aptare.* Alii habent στολήν. Similia collegit *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 649. et *Valcken.* ad *Phoen.* p. 116. – צֶמֶד, *copulatio, copulatum*, item: *par.* Iud. XIX, 3. 10. ζεῦγος ὑποζυγίων. 2 Sam. XVI, 1. 1 Reg. XIX, 21. τὸ ζεῦγος τῶν βοῶν, iugum boum. Confer Iob. I, 3. XLII, 12. Ies. V, 10. et conf. Luc. XIV, 19. 2 Reg. V, 17. ubi loco ζεῦγος sine dubio reponendum est ζεύγους, ut in vers. *Inc.* recte scribitur. *Vulg. onus duorum burdorum.* – שְׁתַּיִם *dual. foem. duae.* Lev. V, 11. ζεῦγος τρυγόνων, *par* turturum. *Alciphr.* I, 27. *Hesych.* ζεῦγος, πᾶν τὸ ἐζευγμένον, καὶ ὄχημα, καὶ ἐπὶ τριῶν καὶ τεσσάρων ἔτασσον.

*ΖΕΥ͂Σ*, genit. διὸς, *Iupiter, Iovis.* 2 Macc. VI, 2.

*ΖΈΩ, ferveo.* אֲבַעְבֻּעוֹת plur. *bullae, pustulae. Inc.* Ex. IX, 9. φλυκτίδες ζέουσαι, vesicae *ferventes*, aut potius *fervere facientes.* Vide *Eurip. Cycl.* 391. Sed ibi potius hebr. פֹּרֵחַ respondet. Vide infra s. v. φλυκτίς. Vide et Iob. XXXII, 19. ubi tamen pro ζέων *Bielio* legendum videtur νέων. Nam hac voce LXX reddidisse ei videntur hebr. חֲדָשִׁים. Cod. *Alex.* habet γέμων. Ego vero LXX hanc vocem de suo addidisse puto, ut sensum magis perspicuum redderent. Quidquid sumatur, tamen hoc certum est, pro ζέων reponendum esse ζέοντος, ut ad γλεύκους referatur, nam ἀσκὸς non commode ζέων dici potest.

*ΖΗ͂ΛΟΣ, zelus, fervor, affectus vehementior.* *מִקְנֶה, *acquisitio, pecus. Symm.* sec. *Coisl.* Gen. XXXI, 18. ac si legisset מִקְנֵא, a קָנָא, coll. Iob. XXXVI, 33. Sed ex hoc ipso loco satis probari potest, etiam in hac voce, ut alias saepe, א cum ה permutari. *Bielius* in *Thesauro* suo ζῆλος h. l. per-

peram retulit ad אַף, ut iam *Doederleinius* in *Bibl. Theol.* P. II. p. 341. recte observavit. - קִנְאָה. Num. XXV, 11. Deut. XXIX, 20. Iob. V, 2. 1 Macc. II, 58. ζῆλος νόμου, *ardens studium* legis observandae ac tuendae, coll. v. 54. Sap. V, 18. ubi pro ζῆλον ex *Vulgato* reponendum ζῆλος.

*ΜΕΣΤΟ'Σ ΖΗ'ΛΟΥ, plenus zelo.* קִנְאָה, *zelus.* Prov. VI, 34. μεστὸς γὰρ ζήλου θυμὸς ἀνδρὸς, plenus enim zelo animus mariti. Ita μεστοὺς φθόνου, plenos invidia, dixit Apostolus Rom. I, 29.

*ΖΗΛΟΤΥΠΙ'Α, zelotypia, aegritudo ex eo, quod alter quoque eo potiatur, quod ipse cupias aut habeas*, speciatim *invidentia, qua quis rivalem in amore mulieris pati non potest.* קִנְאָה, idem. Num. V, 15. 18. 25. 29. *Suidas* et *Gloss. Cod. Bibl. Coislin.* p. 471. Ζηλοτυπία, ζῆλος ἐξ ὑπονοίας κατὰ τῆς οἰκείας γυναικὸς εἰς ἕτερον ἀσελγῆ ὑπόνοια. *Lex. Cyrilli MS. Barocc.* et *Phav.* ζηλοτυπία, ἡ τοῦ ἀνδρὸς κατὰ τῆς οἰκείας γυναικὸς εἰς ἕτερον ἀσελγὴς ὑπόνοια. Sed tam hic ἀσελγὴς quam illic ἀσελγῆ corruptum, et pro illo *Bielio* reponendum videtur ἀσελγέος. Sic enim *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ζηλοτυπίαι, αἱ τοῦ ἀνδρὸς (lege τῶν ἀνδρῶν) κατὰ τὰς οἰκείας γυναῖκας εἰς ἕτερον ἀσελγεῖς ὑπόνοιαι. Vide quoque meum *libellum anim.* ad *Photii Lexicon* s. h. v.

*ΖΗΛΟΤΥΠΟΥΜΕ'ΝΗ, quae zelotypiam patitur, quae maritum zelotypum habet.* קִנְאָה, *zelus, zelotypia. Inc.* Num. V, 29. Non male per seriem orationis.

*ΖΗΛΟ'Ω, aemulor, insector, zelo prosequor, imitor, invideo.* אָשַׁר Pih. *incedo.* Prov. IV, 14. μηδὲ ζηλώσῃς ὁδοὺς παρανόμων, ubi ζηλοῦν *sequi* notat, ac metaphorice de *imitatione* accipiendum est. Conf. s. בָּחַר. - בָּחַר, *eligo.* Prov. III, 31. μηδὲ ζηλώσῃς τὰς ὁδοὺς αὐτῶν. Vide supra s. אָשַׁר. - *קָבַץ, *colligo, congrego.* 2 Reg. X, 18. sec. cod. *Alex.* ubi tamen pro ἐζήλωσεν, quod *Grabius* velut mendosum in marginem posuit, reponendum videtur ἐξήλισεν, ab ἐξαλίζειν, *evocare populum in concionem*, quod vide supra. - קָנָא Pih. Gen. XXX, 1. ad quem locum *Hesych.* ἐζήλωσεν, ἐφθόνησεν. XXXVII, 10. ἐζήλωσαν δὲ αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, *invidebant* illi fratres eius. Conf. Sir. IX, 14. et Act. VII, 9. Num. XI, 29. μὴ ζηλοῖς σύ μοι; num *zelo ardes* pro me? Vide et Num. XXV, 13. 1 Reg. XIX, 10. 14. Sic et 1 Macc. II, 26. ἐζήλωσε τῷ νόμῳ, *zelo ardebat pro lege.* Conf. et v. 27. 50. 58. Psalm. XXXVI, 1. μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν, neque *imitare* illos, qui faciunt iniquitatem: ubi ζηλοῦν est quasi *contendere velle*, et *non verbis sed rebus certare cum aliquo*: - ne certes, ut illos aeques. *Hesych.* ζήλου, μιμοῦ, μεταδίωκε. Vide et Prov. XXIII, 27. XXIV, 1. 19. Psalm. LXXII, 3. ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, *zelo exarsi* propter iniquos. Ezech. XXXIX, 25. ζηλώσω τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν μου, *zelo ardebo* pro

nomine meo sancto. Vide et Ioel. II, 18. Zach. I, 14. VIII, 2. – קַנֹּא, *zelotes*. Ios. XXIV, 19. – קִנְאָה, *zelus*. 2 Reg. X, 16. Adde *Inc*. Prov. XXVII, 4. ubi tamen ζῆλος non pertinet ad קִנְאָה, sed ad כַּעַס ib. v. 5. in fine. Sunt enim haec verba inepto loco posita. – *קָנָה, *acquiro*. Ies. XI, 11. Legerunt לְקַנֵּא, quasi esset a קנא, non vero a קָנָה. Eadem observatio valet quoque h. l. de versione *Symmachi*, ubi vid. *Montfauconus*. Sap. I, 12. μὴ ζηλοῦτε θάνατον ἐν πλάνῃ ζωῆς, nolite *insectari*, seu: *cupide accersere* vobis mortem errore vitae: ubi cum ἐπισπάομαι permutatur. Sir. IX, 1. μὴ ζήλου γυναῖκα τοῦ κόλπου σου, ubi ζηλοῦσθαι notat *zelotypum esse, male de coniuge suspicari*. Sir. LI, 24. ἐζήλωσα τὸ ἀγαθὸν, *insectatus sum* bonum. Conf. 1 Cor. XII, 31. XIV, 1. et *Lex. N. T. s. h. v. Hesych*. ζηλοῖ, φθονεῖ, ἐρίζει, μισεῖ, μιμεῖται. Id. ζῆλον, μιμοῦ.

ΖΗʹΛΩΣΙΣ, *zelotypia, aemulatio, indignatio*. קִנְאָה, idem. Num. V, 14. Sap. I, 10. οὖς ζηλώσεως ἀκροᾶται τὰ πάντα: ubi ζηλώσεως positum est pro ζηλωτοῦ, vel μεσοῦ ζηλώσεως s. ζήλου, coll. Prov. VI, 34. Ita *Syrus*. Alii ad Deum referentes vertunt: auris cupidissima sciendi et cognoscendi omnia.

ΖΗΛΩΤΗʹΣ, *zelotes, zelotypus, accensus zelo, fervidus sectator, studiosus, imitator*. קַנָּא. Ex. XX, 5. XXXIV, 14. Deut. IV, 24. V, 9. In omnibus his locis ζηλωτὴς de Deo aemulo ac vindice peccatorum dicitur. – קַנּוֹא. Nah. I, 2. 2 Macc. IV, 2. ζηλωτὴν τῶν νόμων, *fervidum* legum *sectatorem*. Sic et Act. XXI, 20. et Tit. II, 14.

ΖΗΛΩΤΟʹΣ, *zelosus, fervidus*, it. *qui beatus praedicandus est* aut *praedicatur*. פֹּרָת part. foem. *fructifera*. Gen. XLIX, 22. ζηλωτὸς υἱός μου, quae verba *Bielius* transtulit: *beatus praedicandus filius meus. Hesych*. ζηλωτὸς, μακαριστός. *Lex. Cyrilli MS. Brem*. ζηλωτός, μακαριστὸς, ἐπαινεταῖος. In *Lex. MS. Bibl. Coislin*. p. 471. eadem habentur, nisi quod pro ἐπαινεταῖος legatur ἐπαινετός. (Vide *Curas* meas *novissimas* in *Photii Lexicon* p. 34.) Ita et apud *Lucianum* in *Somn*. p. 7. ζηλωτὸν δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀποδείξεις, beatum vero etiam patrem efficies. Vide et p. 8. Sic et verbum ζηλοῦν aliquando notat: *beatum praedicare. Hesych*. ζηλῶ, μακαρίζω. Σοφοκλῆς Φιλοκτήτῃ ἐν Τροίᾳ. Vide et *Sophocl. Aiacem* v. 554. ubi *Schol*. ζηλοῦν, μακαρίζειν, et confer *Spanhemii Obs*. in *Callimach*. p. 150. Sed quanquam haec omnia nullo modo in dubium vocari possunt, verum tamen vidisse mihi videtur *Doederleinius*, qui in *Bibl. Theol*. T. II. p. 341. recte observavit, פֹּרָת ab LXX Intt. expressum esse per ηὐξημένος, et verba ζηλωτός μου apud eosdem pertinere ad עֲלֵי־עָיִן, *super fontem*, quod pronuntiaverint: עָלַי עַיִן ab עָיַן, *invidere*. Potest etiam ζηλωτὸς h. l. reddi: *desiderabilis, amabilis*, ut

עין *oculus* legatur. Certe *Vulgatus* habet: *decorus aspectu.* Nam quod *Grotius* suspicatur, LXX עליון legisse, insipidum est. – קַנָּא. Exod. XXXIV, 14. *ζηλωτὸν ὄνομα αὐτοῦ*, *maiestas eius est non communicabilis*, seu: *quoad maiestatem socium ferre non potest.*

*ΖΗΜΙ'Α*, *privatio*, *damnum*, *detrimentum*, *mulcta*, *poena*, it. *tributum*. עֹנֶשׁ, *mulcta*. 2 Reg. XXIII, 33. *ἔδωκε ζημίαν ἐπὶ τὴν γῆν ἑκατὸν τάλαντα*, terram *mulctavit* centum talentis. – *עָנַשׁ, *mulcto*. Esdr. VII, 26. *εἰς ζημίαν τοῦ βίου*, morte *animadvertatur* in eum. – תֹּךְ, *dolus*, *fraus*. *Symm.* Ps. LIV, 12. 3 Esdr. VIII, 27. *ἀργυρικὴ ζημία*, *mulcta* pecuniaria. 2 Macc. IV, 48. *τὴν ἄδικον ζημίαν ὑπέσχον*, iniustam *poenam* dederunt.

*ΖΗΜΙ'ΑΝ ΤΙ'Ω*, *mulctam pendo*, *poenam solvo*, *luo*. נֶעֱנַשׁ Niph. *mulctor*. Prov. XXVII, 12. *ζημίαν τίσουσι*, *poenam luent*. *Hom. Batrachom.* 97. *ποινὴν σὺ τίσεις*. *Hesych.* *τίσουσιν*, *τιμωρήσονται*. Conf. 2 Thess. I, 9.

*ΖΗΜΙΌΩ*, *mulcto*, *punio*. עָנַשׁ, idem. Exod. XXI, 22. Deut. XXII, 19. Prov. XVII, 27. – נֹשֵׂא עֹנֶשׁ, *porto mulctam*. Prov. XIX, 19. *κακόφρων ἀνὴρ πολλὰ ζημιωθήσεται*, vir malignus multa *detrimenta* patietur. Conf. Phil. III, 8.

**ΖΗΜΙ'ΩΜΑ*, *damnum*, *mulcta*. פְּלִילִי pr. *iudex*. Exod. XXI, 22. *ζημιώματος* sec. cod. 136. *Holm.* h. e. mulcta a iudicibus imposita. Sine dubio e glossemate. Vide supra s. v. *ἀξίωμα*.

*ΖΗΤΕ'Ω*, *quaero*, *inquiro*, *enixe peto*, *studeo*, *insidias struo*. אָהַב, *amo*, h. l. *studeo*. Mich. III, 2. – בָּעָה, *quaero*, *peto*. Ies. XXI, 12. – בְּעָה chald. idem. Dan. II, 13. 18. *οἰκτιρμοὺς ἐζήτουν παρὰ τοῦ θεοῦ*, misericordiam *enixe petebant* a Deo. Vide et Dan. VII, 16. – בַּקָּרָה, *inquisitio*. Ez. XXXIV, 12. – בִּקֵּשׁ Pih. *quaero*. Exod. II, 15. *ἐζήτει ἀνελεῖν Μωϋσῆν*, *studebat* occidere Mosen, coll. IV, 24. Vide et 1 Sam. XIX, 2. 10. 2 Sam. XX, 19. et confer *Lex. N. T. s. h. v.* Exod. IV, 19. *τεθνήκασι γὰρ πάντες οἱ ζητοῦντές τὴν ψυχήν*, mortui enim sunt omnes, qui vitae tuae *insidias struebant*. Vide et 1 Sam. XXIV, 10. XXV, 29. 2 Sam. IV, 8. XVI, 11. et conf. *Lex. N. T. s. h. v.* Esdr. VIII, 23. *ἐζητήσαμεν παρὰ τοῦ θεοῦ ἡμῶν περὶ τούτου*, hoc a Deo nostro *petebamus*. Vide et Nehem. II, 4. Nehem. II, 10. *ἥκει ὁ ἄνθρωπος ζητῆσαι ἀγαθὸν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ*, venit homo, qui bonum *peteret* pro filiis Israel. Conf. 1 Macc. XIV, 4. Adde Prov. XIV, 6. ubi *ζητήσεις* transtulerunt, quia imperandi modo pronuntiabant. Cohel. III, 6. ubi *ζητῆσαι*, quia *τῷ ἀπολέσαι* opponitur, per *revocare*, *restituere* vertendum esse videtur. *Vulg. instaurat.* Confer supra s. v. *ἐπιζητέω*. Adde Dan. I, 20. sec. *Chis.* – בַּקָּשָׁה, *petitio*. Esdr. VII, 5. – דָּרַשׁ. Levit. X, 16. Deut. XXII, 2. 1 Sam. XXVIII, 17. et alibi saepius.

Ier. XXIX, 7. *ζητήσατε εἰς εἰρήνην τῆς γῆς*, *quaerite* pacem terrae. *Aqu. Symm. Theod.* Prov. XXXI, 13. *ἐζήτησεν ἔριον καὶ λίνον*, *quaesivit* lanam et linum, h. e. *diligenter occupata fuit* circa lanam et linum. – חלה Pih. *precor.* 2 Par. XXXIII, 12. – חָפַר, *perscrutor.* Iob. XXXIX, 29. – מָצָא, *invenio.* Gen. XIX, 11. *ζητοῦντες τὴν θύραν.* Recte quoad sensum. – עַל, *apud, iuxta.* Iob. VI, 5. *τὰ σῖτα ζητῶν.* Bene quoad sensum. – *צָבָא, *dolore afficio.* *Theod.* (sec. *Heracleotam* in *Corderii Catena PP. GG. in Psalmos* T. II. p. 84.) Ps. LV, 6. *ἐζήτησαν τουτέστι παρετήρουν τοὺς λόγους μου.* *Symm.* *ἐφρόντιζον.* LXX *ἐβδελύσσοντο.* – *פָּחַד, *timeo.* Ier. XXXVI, 24. ubi nullus dubito, quin pro *ἐζήτησαν* scribendum sit *ἐξέστησαν*, ut ibi *Inc. Int.* habet, nisi quis *ζητεῖν* in notione *orandi* ac *supplicandi* sumere, ac *θεὸν* supplere malit. – צְבָא chald. Dan. VII, 19. *ἐζήτουν ἀκριβῶς περὶ τοῦ θηρίου τοῦ τετάρτου*, *inquirebam* diligenter de bestia quarta. – שָׁאַל. Ps. XXXIX, 6. *ἐζήτησας* sec. cod. *Alex.* Scripserat interpres *ἐξήτησας*. Duo haec saepe inter se permutari docet *Wesseling.* in *Diod. Sic.* in *Add.* et *Emend.* ad p. 522. 10. et *Gronov.* ad *Arrian. Exp. Alex.* p. 22. Ies. LXV, 1, – שחר Pih. *mane quaero.* Prov. I, 28. VIII, 17. *Symm.* Iob. VII, 21. – נִפְקַד, *desideror.* *Symm.* 1 Sam. XX, 18. Sir. XXI, 17. *στόμα φρονίμου ζητηθήσεται ἐν ἐκκλησίᾳ*, *quaerunt audire* sapientem, aut *consulitur* sapiens in conventibus publicis. 4 Macc. I, 12. *ζητούμενον*, *quaestio.*

ΖΗ'ΤΗΜΑ ΤΙ'ΘΗΜΙ, *quaestionem pono.* נִדְרַשׁ Niph. *exquiror.* Ezech. XXXVI, 37.

*ΖΗ'ΤΗΣΙΣ, *investigatio*, *quaestio*, *controversia.* Sirac. XX, 31. sec. *Compl.* *ἐν ζητήσει κυρίου*, *ita ut a Deo te regi patiaris.*

ΖΙΒΥ'ΝΗ, *lancea, iaculum totum e ferro.* Dicitur etiam *σίβυνος* et *σιβύνης*. Propria significatio sec. *Martinium* in *Lex. Phil.* est *venabulum figendis apris*, et origo vocis secundum eundem *σῦς*, *sus*, *porcus.* חֲנִית, *hasta.* Ies. II, 4. *Inc.* Mich. IV, 3. et LXX sec. *Iustinum Martyr.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 203. et Codd. *Alex.* et *Barber.* Vide *Opuscula critica* p. 432. – כידון, *genus hastae*, *lancea.* Ier. VI, 23. Vide et *Iudith.* I, 15. *Hesychius*: *ζιβύνη, ὁλοσίδηρον ἀκόντιον, ἡ λόγχη, ἡ σπάθη, ἡ μάχαιρα.* Vide *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 46.

ΖΙΟΥ'. Ipsa vox hebr. זו, *mensem secundum Hebraeorum* denotans. *Al.* 1 Reg. VI, 1.

*ΖΟΓΟ'ΡΑ. Ipsa vox hebr. צְעִירֶיהָ, *parvuli eius.* Ierem. XLVIII, 4. *εἰς Ζογόρα.* Legerunt צֹעֲרָה, *versus Zooram*, coll. Ies. XV, 5.

ΖΟ'ΦΟΣ, *caligo*, *tenebrae.* אֹפֶל, idem. *Symm.* Psalm. X, 2. *ὡς ἐν ζόφῳ.* *Hesych.* *ζόφος, σκότος, ἀχλύς, ὁμίχλη, δυσθυμία, δυσμή.*

*ΖΥΓΑΙ', paria.* חֲלִפוֹת, *mutationes. Syrus* (sec. *Schol.* ed. *Rom.* et *Hexapla Origeniana*) Gen. XLV, 22. Sermo ibi est de vestibus.

*ΖΥΓΙΑ, staterae.* מֹאזְנַיִם, *bilanx. Aqu. Symm.* Prov. XI, 11. et *Aqu.* Prov. XVI, 11.

**ΖΥΓΙΟΝ*, i. q. ζυγός. מֹאזְנַיִם, *bilanx.* Lev. XIX, 36. *ζύγια* sec. al.

**ΖΥΓΟ'Ν*, plur. inprimis *trutina.* מֹאזְנַיִם, *bilanx.* Lev. XIX, 36. *ζυγὰ δίκαια, staterae* iustae.

*ΖΥΓΟ'Σ, iugum*, it. *statera.* מֹאזְנַיִם, *bilanx.* Hos. XII, 7. *ζυγὸς ἀδικίας, statera* iniusta: et alibi aliquoties. Adde *Aqu.* Iob. XXXI, 6. *Aqu. Theod.* Ez. V, 1. – מֹאזַנְיָא, chald. idem. Dan. V, 29. – מוֹט, *temo, vectis, iugum.* Ezech. XXXIV, 27. – מַטֶּה, *baculus.* Ies. XIV, 7. Nonnulli putant, eos legisse מוט vel מוֹטָה. Sed baculus aeque ac *ζυγὸς* metaphorice de *duro imperio* usurpantur in SS. – מְשׂוּרָה, *mensura.* Levit. XIX, 35. Coniecturae huic satis bonae nihil opis ferunt reliquae linguae Orientis. – *נְחֹשֶׁת, *aes, compes. Symm.* Thren. III, 7. *ζυγὸς τοῦ τραχήλου.* Libere transtulit. Confer ad h. l. *Montf.* – סֵבֶל, *onus.* Ies. X, 27. Vide s. v. מַטֶּה. – עֲבֹת, *contortus funis, catena.* Iob. XXXIX, 10. Ps. II, 3. ad quem locum *Suidas* e *Theodoreto*: *καὶ ζυγὸν τὴν τοῦ νόμου βαρύτητα φησὶν ὁ Δαβίδ.* – עוֹל. Gen. XXVII, 40. 1 Sam. VI, 7. 2 Par. X, 4. et alibi saepius. – *עַל, *super.* Dan. VIII, 25. Legerunt עוֹל vel עֹל. – *עַל, *supra. Symm.* et *Versio Quinta* Hos. VII, 16. Prior pro לֹא עָל habet *εἰς τὸ μὴ ἔχειν ζυγὸν*, posterioris vero auctor: *ἵνα διάγωσιν ἄνευ ζυγοῦ.* Vterque vero legit עֹל, ac *ζυγὸν* metaphorice de *legibus* accepit. – *עָלָה, *ascendo.* Thren. I, 14. ubi *Incertus* sec. *Theodoretum* et *Cod. Norimb.* liberius vertens pro עָלוּ, *ascenderunt*, sc. *super collum meum*, habet *ἐβάρυνεν τὸν ζυγὸν αὐτοῦ*, ut adeo multis legisse videretur הֶעֱלָה עֻלּוֹ. – קָנֶה, *calamus.* Ies. XLVI, 6. Vox hebr. notat quoque *stateras*, unde utrinque bilances pendent. – שֵׁבֶט, *virga.* Ies. XIV, 5. 29. Vide supra s. v. מַטֶּה. – שׁוֹט, *flagellum.* 2 Par. X, 11. et 14. Ita *Bielius* ex *Trommio*, sed male: nam l. l. *ζυγὸς* respondet hebr. עוֹל. – שְׁכֶם, *humerus.* Soph. III, 10. *ὑπὸ ζυγὸν ἕνα.* In formula hebr. *humero uno Deum colere* metaphora ducta est a bainlatoribus, qui simul humeros eidem supponunt oneri ferendo. Sensu itaque minime differt versio graeca a textu hebraico. Sir. XXI, 27. *λόγοι φρονίμων ἐν ζυγῷ σταθήσονται*, prudentes, quae dicunt, *statera* (sc. *rationis*) ponderant, antequam ea proferant. Ib. LI, 26. de sapientiae praeceptis: *τὸν τράχηλον ὑμῶν ὑπόθετε ὑπὸ ζυγόν.* Conf. cap. VI, 24. 25. et Matth. XI, 29. De *transtro* seu *sede remigiorum* legitur 3 Macc. IV, 9. Cf. *Stephani Thes.* s. h. v.

ἝΤΕΡΟΣ ΖΥΓΟ'Σ, *alterum iugum.* כִּלְאַיִם, *dual. duae diversae species, heterogenea.* Lev. XIX, 19.

ἹΜΑ'Σ ΖΥΓΟΥ', *lorum iugi.* עֲבֹת, sing. *funis implexus et contortus.* Ies. V, 18.

*ΖΥΓΟ'ΣΤΑΘΜΟΣ, *iugi statera,* h. e. *aequalis iugi, puta aequilibris, statera,* quae in aequilibrio consistat, nec in alteram partem pendula devergat aut inclinet. Vox haec à *Bielio* omissa, et, quanquam quoque ap. *Plutarchum* Vol. IX. p. 668. lin. 4. *Reisk.* occurrit, tamen omnibus Lexicographis ignota, legitur in *Complut.* Sir. XXVIII, 25. ubi reliqui libri ζυγὸν καὶ σταθμὸν habent. Non tamen ideo statui debet, illam lectionem ex hac ortam esse. Nam verbum ζυγοσταθμέω quoque reperitur apud *Schol.* ad *Lycophr. Alex.* v. 275. Similiter adducuntur ζυγοστάσιον a *Sturzio* de *dialecto Maced.* pag. 75. ac ζυγοστάθμησις a *Spitznero de versu Gr. heroico* p. 592. s. v. ζυγοστροφεῖν ac ζυγοστασία ab eodem ib. p. 549.

ΖΥΓΟ'Ω, *iugo, copulo, coniungo.* Hinc ἐζυγωμένος, *coniunctus.* עֳבִים, plur. *trabes.* Ezech. XLI, 25. πλευρὰ τοῦ οἴκου ἐζυγωμένα, latera domus *coniuncta,* sc. *trabibus.*

ΖΥ'ΘΟΣ, *zythus, potus ex frugibus confectus, Aegypto vino carenti usitatus,* notus ex *Diodoro Sic.* lib. I. c. 20. 34. *Herodoto* II. c. 77. Conf. *Prolegom. ad H. Stephani Thes. l. Gr.* (ed. *Lond.*) Tom. I. Vol. 2. fol. CCXVIII. שְׂכַר, *merces.* Ies. XIX, 20. πάντες οἱ ποιοῦντες τὸν ζῦθον λυπηθήσονται, omnes qui zythum parant tristitia afficientur. Legerunt hic vocem hebraicam ea ratione punctatam, qua significat *potum inebriantem, siceram,* nempe שֵׁכָר. Vide *Hodium* de *text. Bibl. Origg.* pag. 119. *Hieronymus* ad h. l. „*Notandum, quod pro lacunis LXX ζῦθον transtulerunt, quod genus est potionis ex frugibus et aqua confectum, et vulgo in Dalmatiae Pannoniaeque provinciis gentili barbaroque sermone appellatur* Sabaium. *Hoc maxime utuntur Aegyptii, ut non puras aquas bibentibus tribuant, sed turbidas et commixtarum faecium similes.*" *Hesych.* et *Suidas:* ζῦθος, οἶνος ἀπὸ κριθῆς πινόμενος. Dicitur alias βροῦτος, βρύτος, βρούττιον, βρυττὸν, πίνος, δέρκομα. Vide *Hesychium* in v. βροῦτος, *Athenaeum* lib. IV. p. 152. et lib. X. p. 447. ac *Eustathium* ad Il. λ', p. 819. Plura vero de zytho collegerunt *Meibomius* de *cerevisia vett.* c. 4. in *Gronovii Thes. Antiqu. Graecc.* T. IX.

ΖΥ'ΜΗ, *fermentum.* חָמֵץ, verbale, *fermentatum.* Ex. XII, 15. XIII, 7. (ubi pro ζύμη cod. 134. *Holm.* ζυμωτὸν habet) XXXIV, 25. Deut. XVI, 3. — שְׂאֹר, *fermentum.* Ex. XII, 19. XIII, 7. Levit. II, 12. Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 1299.

ΖΥΜΙ'ΤΗΣ, *fermentatus.* חָמֵץ, idem. Lev. VII, 3. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ζυμίτης, ἄρτος οὕτω καλούμενος. Hip-

*poerit.* de *vict. rat.* lib. II. pag. 356, 4. *Xenoph. Expedit. Cyri* VII, 5, 10.

*ΖΥΜΟΌΟΜΑΙ, fermentor.* חָמֵץ, verbum. Exod. XII, 34. 39. *ἐζυμώθη. Phavorin. ἐζυμώθη, ἐφυράθη, ἐνεμίχθη.* Hos. VII, 4. - חָמֵץ, *verbale.* Lev. VI, 17. XXIII, 17.

*ΖΥΜΩΤΌΣ, fermentatus.* חָמֵץ. Exod. XIII, 7. Lev. II, 11. - מַחְמֶצֶת. Ex. XII, 19. 20.

*ΖΩΓΡΑΦΕ'Ω, ad vivum depingo, delineo.* חָקָה, *exprimo.* Ezech. XXIII, 12. - חָקַק, idem. Ies. XLIX, 16. Vide et 2 Macc. II, 30.

*ΖΩΓΡΑΦΙ'Α, delineatio, pictura.* אֵטוּן, *funis, filum. Theod.* Prov. VII, 16. *διαγεγραμμέναι ζωγραφίαν Αἰγύπτου.* Cur ita transtulerit, me ignorare fateor. Sir. XXXVIII, 32.

*ΖΩΓΡΕΙ'Α* et *ΖΩΓΡΙ'Α, ipse actus capiendi vivum, vivi captura, cum quis vivus capitur.* שָׂרִיד, *superstes.* Num. XXI, 35. *ἕως τοῦ μὴ καταλιπεῖν αὐτοῦ ζωγρίαν*, ita ut nullum ab illo relinquerent vivum. Deut. II, 34. *οὐ κατελίπομεν ζωγρίαν*, non reliquimus vivum. 2 Maccab. XII, 35. *λαβεῖν ζωγρίαν*, capere vivum. Hoc mendose positum existimat *Budaeus* pro *ζωγρίᾳ. Hesychius* tamen et *Phavorinus ζωγρίαν* exponunt etiam *ζῶντα. Lex. Cyrilli MS. Brem. ζωγρίαν, τὴν λῆψιν καὶ αἰχμαλωσίαν τῶν ζώντων.*

*ΖΩΓΡΕ'Ω, vivum capio, in vita servo.* הֶחֱיָה וְחִיָּה, Pih. et Hiph. *vivifico.* Num. XXXI, 15. *ἱνατί ἐζωγρήσατε πᾶν θῆλυ;* quare *in vita servastis* omnes foeminas? Vide et ibid. v. 18. Deut. XX, 16. Ios. II, 13. VI, 25. IX, 20. 2 Sam. VIII, 2. ac confer, quae ex *Iosepho* notat *Ottius Spicil. ex eod. ad N. T.* pag. 144. *Hesych. ζωγρήσεται, ζωογονήσεται. Gloss. in Octat. ζωγρήσασθαι, ζῶντα συλλαβέσθαι.* - שְׁבָה חַי, *captivo vivum.* 2 Par. XXV, 12. *δέκα χιλιάδας ἐζώγρησαν*, decem mille *vivos capiebant. Hesych. ζωγρεῖ, ζῶντας λαμβάνει.* Idem: *ζωγρεῖται, ζῶν πιάζεται, λαμβάνεται.* Ita etiam apud *Homerum* et *Polybium* verbum legitur. Vide *Suiceri Thes. Eccl.* T. I. p. 1301. ac *Lex. N. T.* s. h. v.

*ΖΩΗ', vita, sustentatio vitae, et omnia quae sunt ad vitam sustentandam necessaria.* *גּוֹיִם, *gentes.* Ez. XXXI, 17. Legerunt חַיִּים. - הוֹד, *decus.* Prov. V, 9. Non secuti sunt variam lectionem, sed sensum liberius expresserunt, quem ipsis שְׁנוֹתֶיךָ in membro parallelo h. l. postulare videbatur. הוֹד etiam *omne* generatim notat, *quod est in suo genere praestans.* Quid autem est praestantius vita? - הַוָּה, *substantia.* Prov. X, 3. *ζωὴν δὲ ἀσεβῶν ἀνατρέψει*, ubi vel legerunt חַיַּת seu הוֹן cum *Syro* et *Chaldaeo*, vel *ζωὴ* ipsis notat *victum*, ut c. XXVII, 27. in quem sensum הַוָּה explicandum putat *Simonis* in *Lex. Hebr.* s. h. v. - *הַיּוֹם, *hodie. Aqu. Theod.* Prov. XXII, 19. Legerunt חַיִּים. - *חַוָּה. Nomen proprium, *Heva*, a rad. חָיָה, vel inusitato חָוָה *vixit.* Genes. III, 20. ubi LXX

bene ζωὴ, quod est nomen muliebre apud Graecos, ut recte observavit ad h. l. *Grotius*. Fortasse tamen ζωὴ h. l. est adiectivum a ζωὸς, *vivens*, *vivus*. Vid. *Bibl. Graec. Francof.* in notis ad h. l. it. *Homer. Iliad.* β', 699. et alibi. – חָיָה, *vivo*. Ezech. XXXVII, 5. φέρω ἐφ' ὑμᾶς πνεῦμα ζωῆς. *Incert.* 1 Sam. I, 26. חֵי נַפְשְׁךָ, *vivit anima tua*, νὴ τὴν ψυχὴν τῆς ζωῆς σου. Scripsisse videtur νὴ τὴν ζωὴν τῆς ψυχῆς σου. Fortasse tamen duae versiones h. l. coaluerunt, ac scribendum aut νὴ τὴν ψυχήν σου, aut νὴ τὴν ζωήν σου. Ez. XVI, 6. Legerunt חַיִּי. – חָיֹה, infin. *vivendo*. 2 Reg. VIII, 10. 14. Ez. III, 21. ζωῇ ζήσεται, omnino vivet, vel felix erit. Ibid. XVIII, 9. 13. et alibi. – חַיָּה, *vita*, it. *animal*. Iob. XXXIII, 22. Ps. CXLII, 3. Ez. I, 20. 21. Adde *Theod.* Iob. XXXIII, 28. ubi ζωὴ *vita* pro *vivente* dicitur. *Vulgat. sed vivens lucem videret.* – חַיִּים, plur. quandoque est plur. ex חַי, *viventes*. Gen. II, 7. 9. III, 14. 17. 22. 24. et alibi saepissime. Ps. XXXV, 10. πηγὴ ζωῆς, *fons vitae*. Vide et Prov. XIII, 14. XIV, 29. XVI, 22. Prov. XIII, 12. δένδρον ζωῆς, *arbor vitae*. Prov. XVI, 15. ἐν φωτὶ ζωῆς υἱὸς βασιλέως: ubi partim loco ζωῆς legendum est ζωὴ, partim verba transposita ita constituenda sunt: ἐν φωτὶ υἱοῦ βασιλέως ζωή. ut habet *Inc. Int.* Ies. LIII, 8. ubi pro חַיִּים legisse videntur חַיָּיו, ἡ ζωὴ αὐτοῦ. – חַיִּין, chald. plur. idem. Iob. XXIV, 22. Dan. VII, 12. – חָכְמָה, *sapientia*. Prov. XVIII, 4. πηγὴ ζωῆς, *fons perennis et inexhaustae venae*. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. Legerunt חַיִּים, aut ita ex aliis SS. locis transtulerunt, v. c. Prov. X, 12. – חֶלֶד, *tempus*. Iob. XI, 17. Hebr. חלד in l. ar. de *flore aetatis* dicitur. – כֶּלַח, *senium*. *Symm.* Iob. XXX, 2. πᾶν τὸ πρὸς ζωήν. Legit sine dubio כָּלָה. Ad *Symmachi* hanc versionem pertinent sine dubio verba: *in eis peribat omnis vita*, quae in editione latina *Hieronymi* cum asterisco ponuntur. Sed admittit hic locus adbuc aliam explicationem, qua admissa nulla varietate lectionis opus erit. Sc. verba hebraica vertenda erunt: non pergunt seu perveniunt ad aetatem senilem, quae sistitur h. l. tanquam meta, quam quilibet naturae convenienter vivens attingere possit. Iam ea, quae sunt necessaria ad hanc metam assequendam, recte a *Symmacho* dici poterant τὸ πρὸς ζωήν. Ex aliorum sententia *Symmachus* legit כֹּל חַי, seu כָּל־חַיָּה. Conf. *Syrum*. – לֶחֶם, *panis*, *cibus*. Prov. XXVII, 27. et XXIII, 3. In utroque loco ζωὴ ipsis *omnia* significat, *quae sunt ad vitam sustentandam necessaria*. – מִחְיָה, *sustentatio vitae*. Gen. XLV, 5. Ind. XVII, 10. – נוּד, infin. a נוּד, *vagari*. Ps. LV, 8. ubi pro נֹדִי legerunt per Resch נֵרִי, *lucernam*, quo nomine figurate *vitam* intellexerunt, *quae lucernae instar est*, quemadmodum nos quoque in vita communi loqui solemus, v. c. in formula loquendi admodum nota: *das Lebenslicht ausblasen*. Sirac. IV, 1. τὴν ζωὴν τοῦ πτωχοῦ μὴ ἀποστερήσῃς, h. e. per hypallagen: ne

defraudes *victu* pauperem. Ζωὴ enim h. l. notat *ea*, *quae sunt ad vitam sustentandam et conservandam necessaria. Vulgatus* ibi non male *eleemosynam* posuit. Ibid. XXII, 12. τοῦ γὰρ μωροῦ ὑπὲρ θάνατον ἡ ζωή. Intellege ex praecedentibus *deploranda est*, aut: *morte peior ac deterior est eius vita.* Prius tamen praeferendum videtur. Ibid. v. 13. πᾶσαι ἡμέραι τῆς ζωῆς αὐτοῦ, omnes dies vitae eius, supple: lugendi sunt, seu omnis vita eius est lamentabilis. Sirac. XVII, 11. νόμον ζωῆς, leges *saluberrimas*. Sir. XXV, 2. ubi ζωὴ mihi esse videtur i. q. *existentia*. Ibid. XXIX, 28. ἀρχὴ ζωῆς ἀνθρώπου, inter *ea*, *quae sunt ad vitam humanam sustentandam necessaria*, primum locum obtinent, coll. ibid. XXXIX, 31. ubi eadem res sic exprimitur: ἀρχὴ πάσης χρείας εἰς ζωὴν ἀνθρώπου. Sap. I, 12. *felicitas*. 2 Macc. VII, 14. ἀνάστασις εἰς ζωήν, resurrectio ad *felicitatem aeternam*, coll. Matth. VII, 14. et XIX, 16. et 17. *Hesych.* ζωή, ἡ πρὸς τὸ ζῆν χορηγία, ἡ χρόνος τοῦ εἶναι.

ΖΩΗ'Ν ΔΙ'ΔΩΜΙ, *vitam do.* הַחְיָה, Hiph. *vivifico*. Ies. LVII, 15.

ΖΩΗ'Ν ΕΙ'ΔΩ, *vitam video*, *vivo*. חָיָה, *vivo*. Ies. XXVI, 14. οἱ δὲ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν, mortui autem vitam non videant, vel non vivant, seu: in vitam redeant.

ΚΑΡΠΟ'Σ ΖΩΗ'Σ, *fructus vitae*. חֶסֶד, *benignitas*. Hos. X, 12. Non legerunt לִפְרִי חַיִּים, sed sensum expresserunt: nam in textu hebr. legitur: metite quoad pietatem, h. e. messis vestra e fructibus pietatis constet.

ΥΠΟ'ΣΤΑΣΙΣ ΖΩΗ'Σ, *sustentatio vitae*, seu *id*, *quod vitam sustentat*. מִחְיָה, *victus*. Iud. VI, 4. *Hieron. ad vitam pertinens*.

ΖΩΜΟ'Σ, *iusculum*, *ius*, *liquor eorum*, *quae cocta sunt*, *adiectis condimentis*, (Secundum *Etym. M.* et *Phavor.* κυρίως τὸ ἐπὶ κρέασι τῶν ζώων ἄρτυμα.) it. *buccella*. מָרָק, *ius*. Iud. VI, 19. 20. Ies. LXV, 4. — מֶרְקָחָה, *conditura*. Ez. XXIV, 10. — *פרק, *frustum*, *pars separata*, a פָּרַק, *rumpo*, *frango*. Ies. LXV, 4. ubi Massorethae legi volunt מְרַק, *iusculum*. Ita quoque *Vulg.* et *Targum*.

ΖΩ'ΝΗ, *zona*, *cingulum*, spec. *militare*, it. *arma*, *armatura*, *apparatus armorum*. אַבְנֵט, *baltheus*. Ex. XXVIII, 4. XXXIX, 29. Lev. XVI, 4. — אֲזֵנִים, plur. *arma*. Deut. XXIII, 13. πάσσαλος ἔσται σοι ἐπὶ τῆς ζώνης σου, paxillus erit tibi in *armis* tuis, sive in *bellico apparatu* tuo. Sic *Homerum*, cum Il. β. (478.) Agamemnonem Marti ἴκελον (*similem*) τὴν ζώνην fuisse dicit, τῶν ὅπλων τὴν σκευήν, *armorum apparatum*, intellexisse, sunt qui putant. Vide *Pausaniam* lib. IX. cap. 17. p. 745. et confer infra in v. ζωννύω, et *Fulleri Misc.* lib. VI. cap. 5. p. 704. cuius emendationem, qua Deut. l. c. pro ἐπὶ τῆς ζώνης σου reponit ἐπὶ τῇ ζώνῃ σου, *supra* vel *praeter*

*arma tua*, nulla requirit necessitas. Caeterum Deut. 1. 1. nonnulli statuunt LXX legisse אזור, *cingulum*. - אזר. 2 Reg. I, 8. Ies. V, 27. Iob. XII, 18. - חָגֹר. 1 Sam. XVIII, 4. - חֲגֹרָה. 1 Reg. II, 5. 2 Reg. III, 21. Ies. III, 23. - מֵזַח, *cingulum*. Ps. CVIII, 18. - קֶסֶת, *atramentarium*. Ezech. IX, 2. 3. 11. ubi ζώνη peram notat. Conf. *Suiceri Thes.* T. I. pag. 1306. 1 Macc. X, 89. XI, 58. occurrunt zonae aureae, quae fuerunt ditiorum et muneris loco mittebantur. Cf. *Spanhem.* ad *Callim. Apoll.* v. 32.

*ΖΩΝΝΥ'Ω*, *cingo*, *accingo*, *armo*. אזר, idem. Iob. XXXVIII, 3. XL, 2. - אזור, *cingulum*. Ies. XI, 5. - אסר, *ligo*. Nehem. IV, 18. - הִלְבִּישׁ, *vestio*. 1 Sam. XVII, 38. ἔζωσε τὸν Δαβὶδ θώρακα, cingebat vel armabat Davidem thorace. Sic et *Scholiastes minor* ad *Homer.* Il. λ', v. 15. ζώννυσθαι interpretatur καθοπλίζεσθαι, *armari*. Vnde et *Hesychius*: ζώννυσθαι, καθοπλίζεσθαι. Et *Pausanias* lib. IX. c. 17. τὸ δὲ ἐνδῦναι τὰ ὅπλα ἐκάλουν ἄρα οἱ παλαιοὶ ζώσασθαι. Cf. *Braunium* de *vestitu sacerd. hebr.* lib. II. cap. 3. §. 370. p. 396. et *Lexic. N. T.* s. h. v. - הֵשִׂים, Hiph. a שׂוּם, *pono*. 1 Reg. XXI, 27. ἐζώσατο σάκκον ἐπὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ. Adde Levit. VIII, 8. sec. *Ald.* - חָבַשׁ, *ligo*. Ez. XVI, 10. - חָגַר, *accingo*. Exod. XXIX, 8. Levit. VIII, 7. 8. 13. 1 Sam. XXV, 13. ζώσασθε ἕκαστος τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, accingamini singuli gladio suo. Ibid. ἐζώσατο τὴν μάχαιραν αὐτοῦ, accingebatur gladio suo. 2 Reg. IV, 28. ζῶσαι τὴν ὀσφὺν σου, accinge lumbos tuos. Adde *Inc.* Ps. XLIV, 4. - חָגֹר, *cingulum*. 2 Sam. XX, 8. - נוד, *vagor*. 2 Sam. XXIII, 6. ὥσπερ ἄκανθα ἐζωσμένη πάντες οὗτοι. Nihil prorsus commune habet ζώννυσθαι cum נוד, *vagari*. Coniicio legendum esse ἐῤῥιμμένη, coll. Ies. XXXIII, 12. Adde 1 Maccab. VI, 37. - Vide quoque infra s. v. σχοινίον.

*ΖΩΟΓΟΝΕ'Ω*, *vivifico*, *in vita conservo*. הִחְיָה ; חִיָּה, Pih. et Hiph. Exod. I, 17. ἐζωογόνουν τὰ ἄρσενα, *in vita conservabant* masculos. Ib. v. 18. et 22. Iud. VIII, 19. εἰ ἐζωογονήσατε αὐτοὺς, si *in vita* illos *servastis*. 1 Reg. XX, 31. εἴπως ζωογονήσει τὰς ψυχὰς ἡμῶν, si forte *in vita servet* animas nostras. Vide et 2 Reg. VII, 4. et conf. Luc. XVII, 33. Act. VII, 19. et *Fesselii advers. sacra* l. V. cap. 5. p. 438. 1 Sam. II, 6. κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ, dominus occidit et *vivificat*. - חָיָה, verbale foem. *vivida*. *Theodot.* Exod. I, 19. ζωογονοῦσιν: ubi ζωογονεῖν videtur hanc rariorem habere significationem, ut sit *artis obstetricandi habere scientiam* aut *peritum esse*. *Vulgat. ipsae enim obstetricandi habent scientiam.* Simili ratione יָלַד; *parere*, in Pih. notat *partum adiuvare*, ut e Lexicis notum est. Confer infra s. v. μαῖα.

*ΖΩΟΓΟ'ΝΟΣ*, *vivipara*. חַוָּה, nomen proprium, *Heva*, a rad. חָיָה vel חָוָה, *vixit*. *Symm.* Gen. III, 20.

ΖΩ͂ΟΝ, *animal.* *חוֹתָם, *sigillum.* Iob. XXXVIII, 14. ἢ σὺ λαβὼν γῆν πηλὸν, ἔπλασας ζῶον. Legerunt חויה vel חיה vel חיה, unde hic elicitur sensus: *num lutum vivum fecisti?* – חַיָּה, *vivens.* Gen. I, 21. Ps. LXVII, 11. CIII, 27. et alibi saepius. – חִיָּה, Pih. *vivifico. Inc.* et *LXX* Hab. III, 1. ἐν μέσῳ δύο ζώων, in medio duorum animalium, respicientes fortasse ad animalia, quae Dan. VII, 4. 5. Assyriorum et Persarum regnum innuunt. *Gloss. MS. in Proph.* δύο ζώων, θανάτου καὶ θνητῆς ζωῆς. Et *Gloss. MS.* in *Cant. Script* δύο ζώων, ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, ἢ τῶν Ἑβραίων καὶ τῶν ἐθνῶν, ἢ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς καὶ τῆς μελλούσης. Ita *Bielius.* Sed alii illud δύο ζώων maluerunt potius ad שָׁנִים referre, quam ad חַיֵּיהוּ, et quia hoc admodum inepte dictum est: *in medio duorum animalium cognosceris*, pro ζώων legere ζωῶν, quod non male respondeat hebr. שָׁנִים, inprimis si שְׁנָתַיִם legatur. Alias statuendum esset, eos שְׁנֵים חַיִּים, *duarum vitarum*, legisse (aut שְׁנַיִם simpliciter, et explicationis gratia, ut, quaenam illa duo essent, intellegeretur, addiderunt *animalium*), ut γνωσθήσῃ e sequentibus invectum sit. Caeterum ζώων accentu in penultima acuto a recto ζῶον, animal, legerunt antiquiores graeci ac omnes latini codd. et auctores, v. c. *Tertullianus*, *Hieronymus*, *Augustinus*: Sed *Eusebius* lib. VI. *Demonstr. Evang.* c. 15. ac *Theophylactus* in *Comment.* ad h. l. legendum putarunt ζωῶν circumflexa ultima syllaba: *in medio duarum vitarum*, eosque secutus est *Theodoritus* et *Hesychius.* Confer *Bocharti Hieroz.* Tom. I. pag. 288. ed. rec. Nonnullis quoque ζῶον *castra*, *acies* esse videtur ad imitationem hebr. חַיָּה, 2 Sam. XXIII, 11. 13. ubi *Hieron. castra*, LXX τάγμα habent. – יִזָּ, *fera. Symm.* Ps. XLIX, 12. ζῶα ἐρημίας, animalia deserti. Conf. *Fulleri Miscell. SS.* lib. VI. c. 6. p. 210.

ΖΩΟΠΟΙΕ΄Ω, *vivifico.* חָיָה: הֶחְיָה, Pih. et Hiph. 2 Reg. V, 7. Nehem. IX, 6. Cohel. VII, 13. *Al.* 2 Reg. VIII, 1. 5. *Theod.* Iob. XXXVI, 6. ubi ζωοποιεῖν sensu iudiciali accipiendum est, ut sit: *tueri iustam causam*, *defendere.* – *קוּם, *resurgo. Theod.* Ies. XXVI, 14. οὐ μὴ ζωοποιήσουσι, ubi ζωοποιεῖν vel notat *in vitam revocare*, vel *in vita conservare.* Sermo ibi est de medicis. Fortasse tamen ibi legendum est ζωοποιηθήσονται. LXX ibi habent ἀναστήσουσι.

ΖΩΟΠΟΙ΄ΗΣΙΣ, *vivificatio.* מִחְיָה, *conservatio in vita.* Esdr. IX, 8. 9. Ita *Bielius.* Sed, ut recte monuit *Bretschneiderus*, ζωοποίησις ibi potius est *vitae conservatio et sustentatio*, quae non solum in eo cernebatur, quod rex iis victum suppeditaret, sed quod etiam eos interfici non iuberet.

*ΖΩΟ΄Σ, ἡ, ὀν, *vivus*, *vivens.* Vide supra s. v. ζωὴ ad חַיָּה a me notata.

*ΖΩΟ'Ω*, *vivifico*, *in vita conservo*, it. *servo*, *tueor*. חָיָה, idem. Ps. LXXIX, 19. LXXXIV, 6. *Aqu.* Genes. XII, 12. ζωώσουσι. *Inc.* (non *Symmachus*, ut *Grotius* voluit, sed potius *Aquila*) Genes. XIX, 19. τοῦ ζωῶσαι, *ut mihi parcendum censueris*. *Inc.* Levit. XI, 45. ζωόντων, *viventium Aqu. Theodot.* Psalm. XL, 3. Conf. *Fesselii adv. sacr.* lib. V. cap. 5. pag. 439.

*ΖΩΠΥΡΕ'Ω*, *ignem sopitum suscito*, *refocillo*, *reficio*, *ad vitam revoco*. הֶחֱיָה, Hiph. 2 Reg. VIII, 1. ἧς ἐζωπύρησε τὸν υἱὸν, cuius filium *resuscitaverat*. Vide et v. 5. *Hesych.* ζωπυρεῖ, ἀναζῇν (Sic enim bene *Suicerus Thes.* T. I. p. 265. ex *Suida* legit pro ἀναζεῖν) ποιεῖ. *Photius Lex.* idem habet, modo quod addat: ἢ ἐκκαίει.

**ΖΩ'ΠΥΡΟΝ*, *suscitabulum ignis*. 4 Macc. VIII, 12. ubi legitur ζώπυρα πυρὸς, ut βουκόλια βοῶν dixit Interpres Ioel. I, 18. et ποδάνιπτρα ποδῶν legitur in *Schol.* ad *Eurip. Phoen.* v. 383. *Photius Lex.* ζώπυρα, φυσητῆρες, ὅθεν οἱ χαλκεῖς τὸ πῦρ φυσῶσιν.

*ΖΩ'ΣΙΣ*, *ipsa cingendi actio*, *cinctura*. חֲלֹר, *cingulum*. Ies. XXII, 12. – גְּדוּד, *turma*. *Aqu.* Genes. XXX, 11. Vide *Montfauconii Lex. hebr.* s. v. גָּד. Apud *Aquilam* ζῶσις *milites accinctos* notat, abstracto posito pro concreto.

*ΖΩΤΙΚΟ'Σ*, *vitalis*, *vivificus*. Sap. XV, 11. ἐμφυσήσαντα πνεῦμα ζωτικόν.

**ΖΩΩΝΗ'*. זֹעֵם, *indignans*. *Hebraeus* Psalm. VII, 12. Legendum Ζωὼμ. Est enim ipsa vox hebraica graecis literis expressa.

**ΖΩ'ΩΣΙΣ*, *vivificatio animantium*, *animatio*, *vitae conservatio*, *salus*. מִחְיָה. *Aqu.* Gen. XLV, 5.

## H.

**Η*, *quam*, in comparatione. *אִם. Iob. IV, 12. Legerunt אוֹ. – *לֹא, *non*. Ies. X, 15. Legerunt אוֹ. – מ praefixum. Psalm. CXVII, 9. Ies. VII, 15. ubi illud ἢ prorsus delendum esse videtur. Omittitur interdum ante ἢ comparativus μᾶλλον aut similis, e. c. Sirac. XLI, 12. αὐτὸ (sc. fama bona) γὰρ διαμένει, ἢ μεγάλοι θησαυροί. Cf. *Munthe Obss.* in N. T. e *Diodoro Siculo* ad Matth. XVIII, 9.

***ΗΓΟΥΝ*, *sive*, *videlicet*. שְׁאוֹן, *tumultus*. *Symm.* Ps. LXXIII, 23. Immo vero ibi ἦχον seu potius ἤχου scribendum est, quod Psalm. LXIV, 18. reperitur in LXX et *Aquila* pro eodem hebraico.

*῎Η ΜΗ'Ν*, *attamen*, *certe*, *profecto*, *revera*, *sane*. אַף. Iob. XIII, 15. ἢ μὴν λαλήσω, *tamen* loquar. – אִם לֹא, *si non*. Iob. II, 5. ἢ μὴν εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει, *certe* in faciem

tibi maledicet. *Al.* 1 Reg. XX, 23. - כִּי. Genes. XXII, 17. *ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε*, *certe* benedicens benedicam tibi. Gen. XLII, 16. *ἦ μὴν κατάσκοποι ἐστε*, *profecto* exploratores estis. Iisdem particulis in iurandi formulis utuntur *Xenophon*, *Herodotus*, alii. Vide auctores citatos *Wolfio* ad Ebr. VI, 14. pag. 667. et *Lex. N. T.* s. h. v. *Hesych.* *ἦ μὴν, ἀλλ᾽ ὅμως, ὄντως, δή.*

*῎ΗΠΕΡ, quam.* 2 Macc. XIV, 42.

*῏Η ΠΩ͂Σ.* אִם־אַיִן. *Inc.* 2 Sam. XVII, 6.

*῏Η ΤΟΙ, sive.* Sap. XI, 18.

*῾ΗΓΕΜΟΝΙ´Α, imperium, principatus.* אַלּוּף, *dux.* Gen. XXXVI, 30. - דֶּגֶל, *vexillum.* Num. I, 52. *Al.* Num. II, 17. De sensu metaphorico vocis *vexillum* in SS. vide *Glassii Philol. S.* p. 984. ed. *Dathii.* - מֶמְשָׁלָה, *dominium. Symm.* Gen. I, 16. - פֶּחָה, *praefectus, princeps. Al.* Neh. V, 14. *ἄρτον τῆς ἡγεμονίας.* Adde Sirac. VII, 4. et X, 1.

*῾ΗΓΕΜΟΝΙ´ΔΗΣ, princeps, dux, rector.* 2 Maccab. XIII, 24. *ἕως τῶν γεῤῥηνῶν ἡγεμονίδην.*

*῾ΗΓΕΜΟΝΙΚΟ´Σ, principalis.* נָדִיב, *ingenuus, spontaneus.* Ps. L, 13. *πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με*, spiritu principali confirma me. *Vulg. spiritus principalis.* Sic *τὸ ἡγεμονικὸν* de *animo ratione praedito*, qui *ἡγεμόνος* ritu aberrantem deducit in viam rectam, legitur apud *Marc. Antonin. ad se ipsum* l. II. §. 2. et *principale* apud *Senecam* lib. I. *de ira* cap. 3. Apud *Hesychium* *ἡγεμονικὸν*, sc. *πνεῦμα* vel *μέρος τῆς ψυχῆς*, exponitur *ὁ νοῦς*. Sic etiam *Suidas*: *῾Ηγεμονικὸν, ὁ νοῦς, ἢ τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ αἱ φαντασίαι καὶ αἱ ὁρμαὶ γίνονται, καὶ ὅθεν ὁ λόγος ἀποπέμπεται, ὅπερ εἶναι ἐν τῇ καρδίᾳ.* *Philo de eo, quis rerum divin. haeres.* p. 332. *ψυχὴ διχῶς λέγεται, ἥ τε ὅλη καὶ τὸ ἡγεμονικὸν αὐτῆς μέρος, ὃ κυρίως εἰπεῖν ψυχὴ ψυχῆς ἐστὶ, καθάπερ ὀφθαλμὸς ὅ τε κύκλος σύμπας, καὶ τὸ κυριώτατον μέρος, ᾧ βλέπομεν.* - נְגִידִים, plur. *antecessorum* s. *principum*, sc. *verba. Symmach. Theod.* Prov. VIII, 6. *ἡγεμονικὰ*, scil. *ῥήματα*, verba *imperatori* s. *duci convenientia.*

*῾ΗΓΕΜΩ´Ν, dux, princeps.* אַלּוּף, *dux.* Gen. XXXVI, 15. 16. Exod. XV, 15. 1 Par. I, 51. Ps. LIV, 14. *Aqu.* Prov. II, 17. - *נָדִיב, *magnificus, princeps. Symm.* Cant. VII, 1. - *נְדִיבָה, *ingenuitas, spiritus generosus, et inde profecta auctoritas. Symm.* Ies. XXXII, 8. - נָשִׂיא, *princeps, dignitate super alios eminens.* 1 Reg. VIII, 2. *ἡγεμόνας πατριῶν.* - פֶּחָה, *praefectus, princeps.* Ier. LI, 25. - רַב, *magnus.* Ier. XXXIX, 13. *οἱ ἡγεμόνες τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος.* - רִגְמָה, *caterva, agmen, coetus.* Ps. LXVII, 30. Deduxisse nonnullis videntur ab אַרְגָּמָן, *purpura*, unde רִגְמָתָם reddunt: *purpurati eorum.* Alii vero putant, eos רֶגֶם accepisse in notione *lapidis.* *Lapis* autem, monente *Lud. de Dieu* ad h. l., tribuitur *personae, quae aliorum fulcrum et firmamentum est*, v. c. Gen.

XLIX, 24. unde et Christus in N. T. dicitur *lapis angularis.* - שַׂר, *princeps.* Ier. XXXVIII, 17. XXXIX, 3. XL, 7. 13. - בָּרִי, *cursor. Al.* 2 Reg. XI, 20. ubi per apocopen dictum putarunt pro כָּרִים, a sing. כַּר, *aries*, metaphorice *dux*, coll. Ies. XIV, 9. Zach. X, 3. aut a כָּרַם, unde arab. كَرِيم, *nobilis. Hesych.* ἡγεμὼν, ἄρχων, ὁδηγός.

'ΗΓΕΟΜΑΙ, *praecedo, duco, princeps sum, reputo, existimo.* *בָּחַר, *eligo. Inc.* 1 Sam. VIII. 18. ἡγήσασθε: ubi ἡγεῖσθαι significare videtur *ducem* aut *regem aliquem sibi eligere.* Succurrit tamen hic coniectura minime improbabilis. Quid si legeretur ᾐτήσασθε aut ᾐτήσατε? ut adeo Interpres sensum loci, ipsa historia satis confirmatum, magis secutus fuerit, quam verbi propriam significationem. Confirmat me in hac opinione *Vulgatus*, qui habet: *petiistis.* Caeterum errat vehementer *Montf.*, quando in nota subiecta monet, nec ἐξελέξασθε, nec ἡγήσασθε reperiri in textu hebraico. - *בְּרוֹשׁ, *abies.* Psalm. CIII, 17. ἡγεῖται. Legerunt sine dubio בְּרֹאשָׁם, *in capite eorum*, loco בְּרוֹשִׁים, et *caput* iudicarunt metaphorice hic, ut alibi interdum, poni pro *duce.* - הוֹרָה, Hiph. a יָרָה, *proiicio.* Iob. XXX, 19. ἥγησαι δέ με ἴσα πηλῷ. Sensu eodem: nam *lutum* eiici ac proiici solet. - הָלַךְ, *eo*, et sequ. לִפְנֵי, *praecedo.* Exod. XIII, 21. ὁ δὲ Θεὸς ἡγεῖτο αὐτῶν, Deus autem *praeibat* illis. - הָפַךְ, *muto.* Iob. XLI, 19. ἥγηται πετροβόλον μὲν χόρτον. Recte. Nam *vertitur mihi in aliquid* h. l. notat: *habeo pro aliquo.* - חָשַׁב, *cogito.* Iob. XIII, 24. XIX, 11. ἡγήσατο δέ με ὥσπερ ἐχθρὸν, me pro inimico *habebat.* Vide et Iob. XXXIII, 10. et conf. 2 Thes. III, 15. Iob. XLI, 19. ἥγηται μὲν γὰρ σίδηρον ἄχυρα, pro ὥσπερ ἄχυρα: nam ferrum quidem pro stramine habet. - מֶמְשָׁלָה, *dominium. Symm.* Gen. I, 16. εἰς τὸ ἡγεῖσθαι, *ad imperandum.* - נוּעַ, *moveor. Theodot.* Iud. IX, 11. ἡγεῖσθαι. Bene quoad sensum. Nam נוּעַ h. l. notat *promoveri, regnum in se capessere.* - נָזִיר, *separatus.* Gen. XLIX, 26. Vox hebr. significat quoque *eximium, excellentem, optimatem*, coll. Deut. XXXIII, 16. - נִחַם, Niph. *poenitet.* Iob. XLII, 6. ἥγημαι δὲ ἐμαυτὸν γῆν καὶ σποδὸν, ubi an aliter legerint, me ignorare fateor: nam etiam alibi in hoc libro magna in vertendo libertate usi sunt. - נִשֵּׂא, Pih. *attollo.* Esth. V, 11. πρωτεύειν καὶ ἡγεῖσθαι τῆς βασιλείας, principem et *ducem esse* in regno. - עָלָה, *ascendo. Inc.* Iud. I, 2. ἡγήσεται, *ducet.* Ita *Bielius Montfauconium* secutus. Sed ibi ἡγεῖσθαι non simpliciter hebr. עָלָה respondet, sed ita, ut ad יַעֲלֶה e v. 1. mente certe et cogitatione suppleatur בַּתְּחִלָּה לְהִלָּחֵם, *in principio ad pugnandum.* - רֹאשׁ, *caput, princeps.* Deut. I, 15. κατέστησα αὐτοὺς ἡγεῖσθαι ἐφ' ὑμῶν, constitui illos *duces* vestros. - שַׂר, *princeps, dux.* Esdr. V, 11. Praeterea legitur Prov. V, 19. ἡ δὲ ἰδία ἡγείσθω σου. *Michaelis* in *Bibl. Orient.*

*et Exeget.* Vol. XII. p. 151. opinatus, *ἡγεῖσθαι σου* respondere hebr. דַּדֵּיהָ, probare ex h. l. conatus est, ad illustrandum nempe Ps. XLII, 5., non ignotam fuisse LXX notionem *ducendi*, quam דָּדָה in l. *Talmud.* et *Rabbin.* habet. Sed pertinent potius haec verba ad יָרֵךְ, ita ut duae versiones coaluerint. Vide *Opuscula critica* ad h. l. Sap. VII, 15. *ὅτι αὐτῶν ἡγεῖται* (lege *ἡγεῖτο*) *σοφία*, quoniam *quasi dux deduxit* me ad illa bona sapientia. *Gloss. MS. in Sap. Sal. ἡγεῖτο, ἦρχεν, ηὐθέντει.* 2 Macc. I, 18. *δέον ἡγησάμεθα*, opus esse *putavimus*. Vide et 2 Maccab. IX, 28. *Hesych. ἡγοῦμαι, ἡγεμονεύω, νομίζω, ὑπολαμβάνω, λογίζομαι, προκρίνομαι.* Vide quoque supra s. *ἄξιος*.

'ΗΓΟΥ'ΜΕΝΟΣ, *ducens, dux, princeps, dominator, praefectus.* אֲדוֹנִים, plur. ex אָדוֹן, *dominus.* 2 Par. XVIII, 16. – אֲדַרְגָּזְרַיָּא, chald. plur. *iudices, senatores.* Dan. III, 2. et 3. - אֱוִיל, *stultus.* Ierem. IV, 22. Acceperunt in notione vocis arabicae: nam اوال notat *primum*, *principem*, ال pro اول, *rexit*, *administravit*, unde اوون, *optimates*, *principes*. Ergo אֱוִילִים, *primi* s. *primores* vel *primates populi mei*. Confer 2 Reg. XXIV, 15. – אֵילִים, plur. ex אֵל, *fortes*. Ezech. XVII, 13. – אַלּוּף, *ductor*. Mich. VII, 5. *Symm.* Prov. II, 17. – אֲנָשִׁים, plur. *viri*, speciatim *illustres*, *in dignitate constituti*. 2 Sam. II, 5. Vide quoque var. lect. Iud IX, 51. – בַּעַל, *dominus.* Iud. IX, 51. – עַל־כִּסֵּא, *super thronum.* 1 Reg. IX, 5. – מְחֹקֵק, part. Pih. *decernens*, *legislator*. Gen. XLIX, 10. – מֶלֶךְ, *rex*. Ezech. XLIII, 7. 9. – מֹשֵׁל, part. *dominans*. 2 Par. VII, 18. IX, 26. Prov. XXIX, 27. – נָגִיד, *antecessor*. 1 Sam. XXV, 30. 2 Sam. V, 2. VI, 21. VII, 8. et alibi saepius. – נָדִיב. *Theod.* Prov. XVII, 7. *Symmach.* et *Quinta* Cant. VI, 11. – נָשִׂיא. Ios. XIII, 21. 2 Par. V, 1. Ez. XLIV, 3. XLV, 7. – *נָשֵׁי, *uxores*. Mich. II, 9. *ἡγούμενοι*. Ita et *Arabs.* Nescio, an vocem a נָשָׁה, *exegit*, v. c. *debitum*, *tributum*, derivaverit, an vero cum נְשִׂיאֵי permutaverit. – *סָרְכִין, *praesides*. Dan. VI, 2. sec. cod. *Chis.* – עַם, *populus*. Esth. I, 16. Putavit interpres, עַמִּים ita vertendum esse, quia praecesserat הַשָּׂרִים, aut respexerit notionem vocis hebr. nobis ignotam. – פֶּחָה, *dux*, *princeps* Ier. LI, 28. Ezech. XXIII, 6. Adde *Aqu. Symm. Theod.* Agg. I, 1. – לִפְנֵי, *in facie*, *coram*. Exod. XXIII, 23. 27. *ἡγούμενόν σου*, vos *praecedentem*. – קָצִין, *gubernator*. Iud. XI, 6. 11. Adde *τοὺς λοιποὺς* Mich. III, 1. ubi *Vulg. duces*. – רֹאשׁ, *caput*. Deut. I, 13. V, 23. 1 Sam. XV, 17. et alibi saepius. – *רַב, *princeps*. Dan. II, 48. sec. *Chis.* – שָׂדֶה, *ager*. Ezech. XX, 46. Videntur legisse שָׂרָה. – שַׂר, *princeps*. 1 Sam. XXII, 2. 2 Sam. III, 38. IV, 2. et alibi saepius. – *שִׁלְטוֹן, chald. *praefectus*. Dan.

III, 5. sec. cod. *Chis.* Sirac. X, 20. ἡγούμενος, *primogenitus*, qui ex lege Mosaica erat quasi caput, princeps ac rector reliquorum. Sic *Syrus.* Sirac. XXXII, 1. ἡγούμενόν σε κατέστησαν, si *moderatorem convivii* te constituerunt. Conf. *Drusium* ad h. l. et auctores laudatos *Wolfio* ad Iob. II, 8. p. 805.

'ΗΓΟΥΜΕ'ΝΗ, *principissa, domina.* בַּעֲלָה, *domina.* Nahum. III, 4. ἡγουμένη φαρμάκων, *domina veneficiorum*, h. e. *veneficiis* s. *maleficiis usa.* - גְּבִירָה, *augusta.* 1 Reg. XV, 13.

*Rei firmandae sunt verba illa: Vnde et Aquila Elohim verbum hebraicum non nominativo casu, sed vocativo interpretatur dicens, θεὲ, et nos propter intellegendium* Dee *posuimus, quod latina lingua non recipit. Haec Hieron. in Epist.* 104. *ad Principiam.* Hactenus *Drusius.* Ad quem ita *Fabricius* in nota MS *Fallitur Drusius. Nam verbis, quae ex Hieronymo adducit, respondetur ad v. 7. ubi legitur θεὲ. In versu autem hoc octavo Aquila non θεὲ, sed θεὸς scripserat, ut idem Hieronymus testatur ibidem. Verba eius sunt:* „Quod sequitur, „*unxit te, Deus, Deus tuus*, primum nomen Dei vocativo „casu intellegendum est, sequens nominativo. Satis miror, „cur *Aquila* non, ut coeperat in primo versiculo, vocativo „casu interpretatus sit, sed nominativo, bis nominans „Deum, qui supra dictum unxerit Deum.“ Adde *Aqu.* sec. cod. *Mosqu.* Genes. VI, 2. θεῶν. Ps. CIX, 1. ad quem locum *Suidas: θεοὶ, οἱ κατ᾽ εἰκόνα θεῖαν γεγεννημένοι, καὶ ἀκήρατον τὴν εἰκόνα φυλάξαντες.* Ps. LXXXI, 1. *Suidas: θεοὺς, τοὺς τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντας.* – אֵל אֱלֹהִים. Genes. XXXIII, 20. XLVI, 3. – גּוֹי, *gens, populus.* Ios. X, 13. ubi tamen pro θεὸς *Grabius* in *Prolegg.* T. I. cap. 3. §. 7. legendum censet ἔθνος, quoniam *populus* legitur in *Itala* versione apud *Tertullianum de ieiun.* c. 10. *Bielius* mavult leviori mutatione legi λαὸς, quemadmodum *Al.* 2 Par. XXX, 27. pro θεὸν habet λαόν. Mihi autem nullo modo de varietate lectionis h. l. cogitandum videtur. Nam quod Israelitae auxilio Dei adiuti fecerant, hoc non male ipsi Deo a LXX Intt. h. l. tribuitur. – *דֶּרֶךְ, *via.* Amos. VIII, 14. ὁ θεός σου. Non legerunt אֱלֹהֶיךָ, ut plerisque placuit, sed דֶּרֶךְ h. l. *religionem, cultum divinum* notat, quod de obiecto cultus divini per metonymiam acceperunt, quemadmodum eadem vox haud raro *locum* notat, *quo via euntem ducit*, v. c. Ezech. XXI, 25. et Prov. XX, 24. – *וְלֹא, *et non.* Prov. XXX, 5. Legerunt literis transpositis וְאֵל. *Vogelio* vero non ob varietatem lectionis ita vertisse videntur, sed ideo, quod non intellexerint, in posteriori membro ex priori supplendum esse לֹא. – *הוּא, *ille*, et, ut αὐτὸς, nomen *Iehovae. Inc.* Prov. XXII, 9. – *הִיא, *ipse. Symm.* Iob. XXXII, 8. Legit יְהוָה, aut, quod magis placet, הוּא, quomodo Deus saepius appellatur in SS. – *הֲלֹא, *nonne? anne?* Ps. LXXXV, 7. ὁ θεός. Transpositis literis legerunt הָאֵל. – יָהּ יָהּ. Ies. XXXVIII, 11. – יְהוָה, *Iehova.* Gen. IV, 4. Exod. IV, 2. et alibi saepissime. – יָהּ יְהוָה, *Iah Iehovah.* Ies. XXVI, 4. – יִשְׂרָאֵל, *Israel.* Deut. XXXII, 8. *κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ:* quae versio non tam arguit variam lectionem, quam potius respicere videtur antiquissimam Iudaeorum traditionem, Deum in divisione populorum singulis populis et regionibus singulos angelos attribuisse, qui illorum curam gererent, praeter populum Israeliticum, cuius

Deus ipse immediate curam in se susceperit. Vide ad h. l. *Dathii* Diss. in Ei. *Opusc.* - *לֹא, *non.* 1 Sam. II, 3. Legerunt וְאֵל. Vide quoque supra s. v. וְלֹא. - *לָהֶם. 1 Sam. III, 13. Legerunt אֱלֹהִים. - מַלְאָךְ, *angelus.* Cohel. V, 5. Sermo ibi est de *sacerdote*, qui *legatus Dei* vocatur Mal. II, 7. et cuius erat nomine divino de quaestionibus super votis respondere, Lev. XXVII, 2 sequ. Non male itaque LXX h. l. πρὸ προσώπου θεοῦ posuerunt. - *עָלָיו, *super eum.* Deut. XXXIII, 12. Legisse videntur עֶלְיוֹן, quae est lectio admodum probabilis. - עַם, *populus.* 2 Par. XXX, 27. ubi tamen *Al.* pro θεὸν rectius λαόν. - צְבִי, *decus.* Ierem. III, 19. κληρονομίαν θεοῦ, haereditatem *praestantissimam*, s. terram *desiderabilem.* Sic bene convenit cum hebraico. - *צַוָּאר, *collum.* Ps. LXXIV, 6. Legerunt צור, quod saepe pro *Deo* usurpatur, vel צַוָּאר, cum epenthesi τοῦ א, idem quod צור esse putarunt. - צוּר, *rupes.* Deut. XXXII, 4. 15. 18. 30. 31. et alibi saepius. - צִי, *navis.* Ies. XXXIII, 21. ὁ γάρ θεός μου μέγας ἐστί. Admodum inepte. - קֹדֶשׁ, *sanctitas.* Amos. II, 7. - שַׁדַּי, *omnipotens.* Num. XXIV, 4. 16. Ies. XIII, 6. - *שָׁמַיִם, *coeli.* *Inc.* Iob. I, 16. ubi verba παρὰ τοῦ θεοῦ respondent aperte hebraicis מִן הַשָּׁמַיִם, non autem τῷ אֱלֹהִים, ut vel ex praepositione παρὰ apparere arbitror. Vocem אֱלֹהִים in versione sua prorsus omisit. Vide infra s. v. οὐρανός. Praeterea legitur 2 Sam. XXIII, 4. ἐν θεῷ φωτὶ sec. cod. *Alex.* (ubi nihil respondet in textu hebr. et loco θεῷ reponendum est τῷ.) ac 1 Par. XXVI, 28. ubi θεοῦ ante Σαμουὴλ irrepsit per librarium sciolum, qui non commode dici posse putabat ἅγια Σαμουήλ. In Cod. *Alex.* τοῦ θεοῦ recte omittitur. 3 Esdr. VIII, 26. κατὰ τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ, secundum *summam* sapientiam tuam *tibi a Deo concessam.*

ΘΕΟ'Σ ΑΥ'ΤΩ͂Ν, *Deus eorum.* אֵל שַׁדַּי, *Deus omnipotens vel sufficiens.* Exod. VI, 3.

ΘΕΟ'Σ 'ΕΜΟ'Σ, *Deus meus.* שַׁדַּי. Gen. XLIX, 25.

ΘΕΟ'Σ ΜΟΥ, idem. אֵל שַׁדַּי. Gen. XXVIII, 4. XLIII, 14. XLVIII, 3.

ΘΕΟ'Σ ΣΟΥ, *Deus tuus.* אֵל שַׁדַּי. Gen. XVII, 1. XXXV, 11.

ΘΕΟ'Σ ΤΟΥ͂ ΟΥ'ΡΑΝΟΥ͂, *Deus coeli.* שַׁדַּי. Psalm. XC, 1.

ΤΑ' ΠΡΟ'Σ ΤΟ'Ν ΘΕΟ'Ν, elliptice pro: κατὰ τὰ πράγματα τὰ πρὸς τὸν θεὸν ἀνήκοντα, *in rebus, quae ad Deum pertinent.* לָאֱלֹהִים, *in Deum.* Exod. IV, 16. σὺ δὲ αὐτῷ ἔσῃ τὰ πρὸς τὸν θεόν, tu eris illi sc. praesto in rebus, quae ad Deum pertinent, h. e. quemadmodum Aaron erit propheta tuus, per quem ad populum loqueris, ita tu ipsi tanquam Deus futurus es, a quo verba tanquam a me ipso revelata accipiet. - מוּל הָאֱלֹהִים, *e regione* vel *a latere Dei*, vel: *prope Deum.*

Exod. XVIII, 19. γίνου σὺ τῷ λαῷ τὰ πρὸς τὸν θεὸν, esto tu populo (praesto) in rebus, quae ad Deum pertinent, h. e. tu loco Dei voluntatem eius populo patefacies. Conf. Intt. ad Hebr. V, 1.

*ΘΕΟΙ'*, in plur. *Dii*, it. *idola*. אל sing. Ps. LXXXI, 5. Ies. XLIV, 15. Malach. II, 11. – אלים plur. Exod. XV, 10. Dan. XI, 36. – אֱלֹהִים. Gen. III, 5. XXXI, 30. 32. XXXV, 2. 4. – אֱלָהַיָּא cum א emph. chald. Ier. X, 10. – אֱלָהִין chald. Dan. II, 11. III, 12. 14. 18. – אלילים plur. *idola*. Ies. XIX, 5. – זֶבַח, *sacrificium*. Ez. XX, 28. ubi loco τοῖς θεοῖς αὐτῶν *Cappello* in *notis critt.* ad h. l. p. 550. reponendum videtur τὰς θυσίας αὐτῶν. Non autem vidit, eos libere transtulisse, et, quia *sacrificii* notio in praecedente voce זֶבַח iam latet, τοῖς θεοῖς αὐτῶν sensus causa substituisse. – עֲצַבִּים plur. *simulacra*. 2 Sam. V, 21. – צוּר, *rupes*. Deut. XXXII, 31.

*ΘΕΟΣΕ'ΒΕΙΑ*, *Dei cultus*, *pietas*. יִרְאַת אֲדֹנָי, *timor Domini*. Iob. XXVIII, 28. – יִרְאַת אֱלֹהִים, *timor Dei*. Gen. XX, 11. – *יִרְאַת יְהוָה, *timor Iovae*. *Inc.* Prov. I, 29. 4 Macc. VII, 6. θεοσέβεια *sacratos Deo cibos* notat.

*ΘΕΟΣΕΒΗ'Σ*, *Deum colens*, *pius*. יְרֵא אֱלֹהִים. Exod. XVIII, 21. Iob. I, 1. 8. II, 3. Adde Iudith. XI, 16.

*ΘΕΟΦΙΛΗ'Σ*, *Deo carus et gratus*. *Prol. Sir.* θεοφιλεῖς ἱστορίας, h. e. historias sacras (in literis sacris obvias) de hominibus piis et probis. Nam ita ipse auctor in sequentibus explicat verbis: περὶ ἀνδρῶν εὐαρεστησάντων τῷ θεῷ. Substantivum θεοφιλία reperitur apud *Schol. Soph. Oed. Tyr.* v. 40. et adverbium θεοφιλῶς apud *Isocratem Paneg.* p. 65, 40.

*ΘΕΡΑ'ΠΑΙΝΑ*, *ancilla*, *famula*. אָמָה, idem. Exod. XXI, 26. 27. Iob. XIX, 15. XXXI, 13. – בְּנֵי אֹהֶל, *homines tentorii*. Iob. XXXI, 33. – נַעֲרָה, *puella*, *serva*. Prov. XXXI, 15. – שִׁפְחָה. Exod. XI, 5. Ies. XXIV, 2. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* θεράπαινα, δούλη.

*ΘΕΡΑΠΑΙΝΙ'Σ, *ancilla*, *famula*. אָמָה, idem. Exod. XXI, 27. τῆς θεραπαινίδος sec. cod. 53. *Holmes*. Cf. quoque *Suidam s. v.* θεράπαινα. *Hesych.* θεραπαινὶς, δούλη.

*ΘΕΡΑΠΕΙ'Α*, *sanatio*, *unctio*, *famulitium*, *cultus*, etiam *conventus sacer*. מְרוּקִים plur. *mundationes*. Esth. II, 12. ἡμέραι τῆς θεραπείας, dies *unctionis*. – עֶבֶד, *servus*. Gen. XLV, 16. θεραπεία αὐτοῦ, *famulitium* eius. Hunc vocis θεραπεία usum illustravit *Perizon.* ad *Ael. V. H.* II, 2. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. – עֲצָרָה, *feria*. Ioel. I, 14. ubi θεραπεία *conventum sacrum* significat. Iuxta antiquam latinam translationem: *praedicate curationem*. Quod *Hieronymus* intellegit de *emendatione*, peccatorum suorum poenitentia, in quo *Theodoretus* ipsi adstipulatur. *Bielius* ad h. l. in Thesauro suo ita: Vox hebraea עֲצָרָה non minus videtur *cura-*

*tionis* notionem admittere, quam radix עָצַר significationem *claudendi* et *constringendi*. Vulnera enim constrictione curantur, atque ita ad vulnerum animae curationem applicari posse haud absonum videtur. Hac significatione eam reddunt per δέω LXX Ier. XXXIII, 1. At alias praeterea habet vox graeca θεραπεία significationes, quas alii bicanteferunt, tanquam huic loco magis convenientes, ut sunt, *cultus divinus*, *famulatus*, *ministerium*, qua notione iuxta *Arabicam* Versionem verba sonant *proclamate ministerium*, h. e. admonete eos, ut simul accedant ad serviendum Deo. Vide *Ed. Pocockium* ad h. l. p. 62 sequ. - *תְּרָפִים. *Aqu.* 1 Sam. XV, 23. Est ipsa vox hebraica graece scripta, quae tamen suspecta visa est *Montfauconio* ad h. l. Praeterea legitur Esth. XV, 4. s. V, 1. ἐξεδύσατο ἱμάτια τῆς θεραπείας, deposuit vestimenta oratus s. orationis, h. e. vestimenta lugubria, qualia orantem ac supplicem decent. Conf. *Frassen. disquisitiones bibl.* p. 558. 2 Reg. X, 20. ἁγιάσατε ἱερείαν τῷ Βαὰλ καὶ θεραπείαν, sanctificate sacerdotium Baali et cultum, ubi nihil his verbis in textu hebr. respondet. *Phavorinus:* θεραπεία, ἡ ἴασις, ἀπὸ τοῦ θεραπεύω, καὶ θεραπευτὴς παραγόμενον. θεραπεία καὶ ἡ διακονία, ἀφ' οὗ λέγεται καὶ θεράπων, καὶ θεραπεία ἡ ὑπουργία καὶ ὑπηρεσία, καὶ τὸ πλῆθος τῶν θεραπόντων.

*ΘΕΡΑΠΕΥΤΗ'Σ, *minister.* Addit. Esther. XI, 3. θεραπευτὴς ὢν ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως, *ministrabat regi in aula*, seu: *munere aulico fungebatur.*

ΘΕΡΑΠΕΥ'Ω, *ministro*, *servio*, *colo*, *sano*, it. *lavo.* בִּקֵּשׁ Pih. *quaero.* Prov. XXIX, 27. πολλοὶ θεραπεύουσι πρόσωπα ἡγουμένων, multi *colunt* personas principum. - חִלָּה Pih. *deprecor.* Prov. XIX, 6. πολλοὶ θεραπεύουσι πρόσωπα βασιλέως, multi *colunt* personam regis. Ita *Philostratus* de *vit. Apoll. Tyan.* l. VII. c. 31. p. 311. θεραπεύοντα τὸν βασιλέα vocat, Imperatori submisso cultu addictum, ut vertit *Olearius.* - יָשַׁב, *sedeo.* Esth. II, 19. ὁ δὲ Μαρδοχαῖος ἐθεράπευσεν ἐν αὐλῇ. Mardochaeus autem *ministrabat* in aula. Vide et Esth. VI, 10. - עֶבֶד, *servus.* Ies. LIV, 17. ἔστι κληρονομία τοῖς θεραπεύουσι κύριον, est haereditas illis, qui *colunt* Dominum, h. e. *sacerdotibus.* - עָשָׂה, *facio.* 2 Sam. XIX, 24. οὐκ ἐθεραπεύσατο τοὺς πόδας αὐτοῦ, οὐδὲ ὠνυχίσατο, neque pedes suos sibi *laverat*, neque ungues sibi praeciderat. Sc. θεραπεύειν notat in universum *curam gerere* apud GG., v. c. *Xenoph. Cyrop.* V, 1, 13. - *שָׁחָה, *me inclino*, *incurvo.* Prov. XIV, 19. Vox hebr. de iis dicitur, qui accidunt ad alicuius pedes, honoris habendi captandaeque benevolentiae causa. Tob. XII, 2. τὴν γυναῖκά μου ἐθεράπευσε, ut uxorem haberem, *mihi praesto fuit.* 3 Esdr. I, 3. θεραπεύετε τὸ ἔθνος αὐτοῦ ἰσραὴλ, *curam agite* gentis ipsius Israel. Ibid.

II, 18. *τὰ τείχη θεραπεύουσι*, moenia *reficiunt* seu *restituunt*. *Vulgatus: statuunt muros.* Respondet chald. שַׁכְלֵל, Esdr. IV, 12. *Iosephus A. I.* XI. c. 2. p. 549. ed. *Hav.* *ἐπισκευάζουσι τὰ τείχη. Polyb.* IV, 70, 2. *θεραπεύειν τὴν δύναμιν*, *supplere* exercitum. Ib. X, 20, 2. *θεραπεύειν τὰς πανοπλίας.* Maxime autem huc pertinet locus *Diodori Siculi* (lib. IV. c. 41.) a *Stephano* T. III. *Thesauri l. gr.* p. 1541. excitatus: *ἕνεκα τοῦ θεραπεύειν ἀεὶ τὰ πονοῦντα μέρη τῆς νηὸς*, ut, si quae navis partes laborarent, eas ipse *reficeret*. Adde *Diod. Sic.* XII, 52. רְפָא, quod in l. *arab.* et *aethiop.* omnino notat *resarcire, restituere*, etiam Hebraeis ita usurpatur, v. c. 1 Reg. XVIII, 30. et Ps. LX, 4. Sap. XVI, 12. *οὔτε μάλαγμα ἐθεράπευσεν αὐτοὺς*, neque malagma *sanavit* illos. Sir. XVIII, 19. *πρὸ ἀῤῥωστίας θεραπεύου*, aute morbum *medicina utere*. Ibid. XXXV, 16. *θεραπεύων*, *verus Dei cultor. Phavorinus: θεραπεύω, τὸ δουλεύω. οἷον οὐκ ἐᾷ τὸν δεσπότην θεραπεύειν. καὶ θεραπεύω, τὸ τιμῶ. ἀγαθὸν θεραπεύεις σοφιστήν, καὶ θεραπεύω τοὺς θεούς. καὶ θεραπεύω, τὸ ἰῶμαι. ὡς τὸ, σώματος μὲν ἀῤῥωστίαν θεραπεύει τέχνη.*

*ΘΕΡΑ΄ΠΩΝ*, *minister, servus.* *בַּיִת, *domus*, it. *familia, famulitium.* Prov. XXVII, 27. sec. *Hexapla.* Vide tamen ad h. l. *Iaegerum*, qui statuit, לְלֶחֶם בֵּיתֶךָ a LXX Intt. plane praetermissum et *θεραπόντων* potius ad נַעֲרוֹת referendum esse. – בֶּן אֲדֹנִי, *filius Domini.* Gen. XXIV, 44. – *מַחֲלֶה, *infirmitas.* Prov. XVIII, 14. *θεράπων φρόνιμος*, h. e. *θεραπεύων φρονίμως*, qui alium obsequiis et officiis colit, apparendoque demereri studet. Legerunt מְחַלֵּה a חָלָה, quod ibid. cap. XIX, 6. per *θεραπεύειν* reddiderunt. Vide ad h. l. *Iaegerum*. – מְשָׁרֵת. Exod. XXXIII, 11. – נַעֲרָה, *puella.* Prov. XXVII, 27. – עֶבֶד. Gen. L, 17. Exod. IV, 10. V, 21. et alibi. – *תָּמִיד, *iugiter.* 2 Reg. XXV, 30. sec. cod. *Alex.* *θεράποντος.* Lege *διαπαντός. Hesych. θεράποντες, οἱ ἐν δευτέρᾳ τάξει φίλοι, ἀπὸ τοῦ θεραπεύειν, δοῦλοί τε καὶ ὑπηρέται.*

*ΘΕΡΑ΄ΠΩΝ ΦΡΟ΄ΝΙΜΟΣ*, *minister prudens.* מַחֲלֶה, *infirmitas.* Prov. XVIII, 14. Vide supra s. v. *θεράπων*.

*ΘΕΡΑΦΕΙ΄Ν* et *ΕΙ΄Ν*, item *θεραφίν.* Ipsa vox hebraica תְּרָפִים plur. *idola, dii penates.* Iud. XVII, 5. XVIII, 14. 17. 20. 1 Sam. XV, 23. *Symm. Theod.* Gen. XXXI, 19. *Aqu.* Ezech. XXI, 21. *Lex. Cyrilli MS. Brem. Θεραφεῖν, μορφώματα.*

*ΘΕ΄ΡΕΙΟΣ*, *aestivus*, i. q. *θερινός.* קַיִץ, *aestas. Aqu.* Ps. XXXI, 4. *ἐρημώσει θερείᾳ.*

*ΘΕΡΙ΄ΖΩ*, *meto*, it. *abscindo* (*Anacr. Od.* XII, 5. *Soph. Ai.* 238.). חָרַשׁ, *aro.* 1 Sam. VIII, 12. *θερίζειν θερισμὸν αὐτοῦ.* Additum hoc est ex aliis locis, v. c. Levit. XXIII, 22. *Fischerus in Proluss.* de *vitiis Lexicorum N. T.* p. 179. monuit, coaluisse h. l. duas versiones, ac verba *θερίζειν θερισμὸν*

αὐτοῦ pariter ac τρυγᾷν τρύγητον αὐτοῦ pertinere ad formulam לִקְצֹר קְצִירוֹ, ut adeo verba καὶ θερίζειν θερισμὸν αὐτοῦ ex alia versione in marginem LXX viralis translata, inde in ipsum verborum contextum ita migrarint, ut loco suo moverint verba τῶν ό: καὶ ἀροτριᾷν ἀροτρίασιν αὐτοῦ, quae servavit *Complutense* exemplum. – מַחֲרֵשָׁה, *rutrum.* 1 Sam. XIII, 21. Vide infra s. θεριστήριον. – *מָלֵא, *impleo.* Gen. IX, 1. sec. *Coislin.* in margine θερίσατε. Vide ad h. l. *Montf.* Tom. I. p. 660. Continent verba θερίσατε τὴν γῆν meram glossam librarii, cui formulam hebr. *implere terram*, de *numerosa prole* explicandam, ad *messem* referre placuit, tautologiae fortasse evitandae causa. – קָטַף, *decerpo*, vel *manu*, vel *falce*, inde *vindemio*. Ar. قَطَفَ. Iob. VIII, 12. – קָצִיר, *messis*. *Inc.* et LXX Iob. V, 5. – קָצַר, *meto.* Lev. XXIII, 10. 22. Ruth. II, 3. et alibi saepius. Adde *Inc.* Hos. X, 12. – Vide alibi Σῖτος.

ΘΕΡΙΝΟ'Σ, *aestivus.* מְקֵרָה, *refrigeratio.* Iud. III, 20. ἐν τῷ ὑπερῴῳ τῷ θερινῷ. Non male. Οἱ ἄλλοι ibid. v. 24. – קַיִט Chald. *aestas.* Dan. II, 35. – קַיִץ, idem. *Symm.* et LXX Amos. III, 15. *Symm.* Ps. XXXI, 4.

ΘΕΡΙΣΜΟ'Σ, *messis*, it. *fruges ad metendum maturae.* חָרִישׁ, *aratio.* 1 Sam. VIII, 12. Vide supra s. v. θερίζω. – פֵּאָה, *angulus.* Lev. XIX, 9. XXIII, 22. In utroque loco θερισμὸς aut *agrum* notat, *qui demetitur*, aut *fruges*. Prior interpretatio magis convenit voci hebr., quae *partem*, *portionem* ac omnino *omne* notat, *quod est abscissum et abruptum.* – קַיִץ, *aestas.* Ies. XVI, 9. – קָצִיר, *messis.* Gen. VIII, 22. Ierem. V, 17. κατέδονται τὸν θερισμὸν ὑμῶν, devorabunt *maturas fruges* vestras. Vide et Lev. XXXIII, 10. 22. 1 Sam. VI, 13. et conf. Matth. IX, 37. et Apoc. XIV, 15. Sic ἀμητὸς tam *messem* quam *fruges maturas* significat. Vide supra in h. v. Iob. XIV, 9. *Vulg.* et faciet *comam.* Vide *Barth.* ad *Nemes. Eclog.* IV, 23. Adde *Aqu.* Ps. LXXXIX, 12. – קָצַר infin. Levit. XIX, 9.

ΘΕΡΙΣΤΗ'ΡΙΟΝ, *falx messoria.* מַחֲרֶשֶׁת, *vomer.* 1 Sam. XIII, 20. ubi per θεριστήριον non *falcem messoriam*, sed *vomerem* LXX significare voluisse docent sequentia, ubi commemorant τὸ δρέπανον, *falcem.* Vide ad h. l. *Scharfenbergium*, ac supra s. v. θερίζω.

ΘΕΡΙΣΤΗ'Σ, *messor.* Drac. v. 40.

ΘΕ'ΡΙΣΤΡΟΝ, *vestis aestiva*, *messoris vestimentum*, *vestis tenuis*, a θέρος vel θερίζω. מַחֲרֶשֶׁת, *vomer.* 1 Sam. XIII, 20. sec. *Vat.* Sed lectio θέριστρον est ibi aperte vitiosa, ac e compendio scribendi orta. Reponendum est θεριστήριον. – צָעִיף, *peplum.* Gen. XXIV, 65. (ubi vid. *Drusius.*) XXXVIII, 14. (ubi *Schol.* σπαθαρίσκον.) 19. ubi vid. *Montfauc.* – רְדִיד,

*peplum*, *palliolum*. Cant. V, 8. Ies. III, 22. *Hesych.* *θέριστρον, λεπτὸν ὕφασμα, θερινὸν ἱμάτιον. Gloss. in Octat.* τὸ *θέριστρον, τὸ πολύτιμον ἱμάτιον. Lex. Cyrilli MS. Brem. θέριστρον, ὠμοφόριον. Hieronymus Comment. in Ies. Θέριστρα nos possumus appellare palliola, quibus obvoluta erat Rebecca, ut hodie quoque Arabiae et Mesopotamiae operiuntur foeminae, ab eo, quod ἐν θέρει, h. e. aestate et caumate, corpora protegant foeminarum.* Conf. *Drusium* iu *fragm.* p. 51. ac *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 172 sequ.

*ΘΕΡΜΑΙ'ΝΩ*, *calefacio*, et *θερμαίνομαι*, *incalesco*. חָמַר*, *tumultuor*. LXX sec. *Theodor.* חָמַר, *ἐθερμάνθη*, pro eo quod reliqui libri habent, *ἐθολώθη*: ubi nec lectio graeca sollicitanda, nec ad varietatem lectionis confugiendum est, ut legerint per Cheth חמר, ut nonnulli voluerunt. Potius libere transtulisse censendi sunt. Nam utrumque de commotione animi dicitur, speciatim de misericordia. – חֹם, *calor*. Hagg. I, 6. *οὐκ ἐθερμάνθητε ἐν αὐτοῖς*. – חָמַם, *incalesco*. Psalm. XXXVIII, 4. *ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου, καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ*, *calet* cor meum in me, et in meditatione mea *exardet* ignis. Verba haec de *magno dolore et tristitia* intellegenda sunt, ut patet e sequentibus. Confer, quae ad h. l. illustrandum ex *Aristophane* et *Plauto* observat *Elsnerus* ad Luc. XXIV, 31. p. 286. Hos. VII, 7. *θερμαίνεσθαι*, *incalescere*, est *ardere libidine malefaciendi*, quemadmodum apud *Aeschylum* (*Sept. c. Theb.* v. 605.) *ναῦται θερμοὶ*, *nautae calidi*, sunt *θερμοὶ πρὸς τὴν κακίαν*, *fervidi ad malitiam*, seu *aestuantes libidine malefaciendi*, ut *Scholiastes* exponit. Vide *Fesselii advers. sacr.* lib. II. c. 22. p. 160. Sirac. XXXVIII, 17. *θερμαίνειν* dicitur *is*, *qui magno studio et ardore aliquid facit*, ac *θέρμανον κοπετὸν* est *valde lacrymare ac plange*. Lacrymae enim sunt calidae.

*ΘΕΡΜΑΣΙ'Α*, *calor*. חֹם, idem. Ier. LI, 39. Adde Dan. III, 46. sec. cod. *Chis. κατὰ τὴν θερμασίαν αὐτοῦ*.

*ΘΕΡΜΑΣΤΡΕΥ'Σ*, *caldarium*. יָעִים plur. *palae*, *ecopae*. 1 Reg. VII, 40. iuxta ed. *Rom. ἐποίησε χειρὰμ τοὺς λέβητας καὶ τὰς θερμαστρεῖς*, fecit Chiram lebetes et *caldaria*. Vide et v. 45. In ed. *Francof.* utrobique male legitur *θέρμας τρεῖς*. *Theodoretus* ad h. l. T. I. p. 472. *θερμαστρεῖς δὲ κέκληκε τοὺς θερμαντῆρας, ἐν οἷς τὸ ὕδωρ θερμαίνειν εἰώθαμεν*. יָעָה in lingua Aethiopica *urere*, *comburere* notat.

*ΘΕ'ΡΜΗ*, *calor*. חֹם praet. Kal a חָמַם. Cohel. IV, 11. – חָמָה. Ps. XVIII, 7. Vide et Sir. XXXVIII, 34.

*ΘΕ'ΡΜΗ ΓΙ'ΝΕΤΑΙ*, *calor fit*. חָמַם, *calefio*. Iob. VI, 17.

*ΘΕ'ΡΜΑΙ*, plur. *thermae*, *balnea*. יָעִים plur. *palae*, *ecopae*. 1 Reg. VII, 39. 40. ubi tamen pro *θέρμας τρεῖς* repo-

nendum est *θερμαστρεῖς*, quod vide supra. Versio adiuncta *Polyglott. Anglic.* reddit: *calfactoria. Theodoretus* ad h. l.: *Appellavit autem τὰς θέρμας τρεῖς ipsos θερμαντῆρας, in quibus aquam solemus calefacere.* Vid. *Flam. Nobil.* ad h. l.

*ΘΕΡΜΟ'Σ, calidus, ardens.* חַכְלִילִי, *rubicundus. Inc.* Gen. XLIX, 12. Bene: nam, quod rubet, *ardere* videtur. – חַם. Ios. IX, 12. *Aqu. Symm. et LXX* Iob. XXXVII, 17. ἡ στολὴ θερμή, vestes *incalescentes.* – חֹם, *calor.* 1 Sam. XXI, 6. – חֵן, *gratia.* Ierem. XXXI, 2. εὗρον θερμὸν ἐν ἐρήμῳ. *Hieronymus* in *Comment.* ad h. l. θερμὸν mire interpretatus est de Apostolis calidis ac viventibus, et sociis eorum in deserto gentium etc. simulque notat, latinos codices suo tempore ridicule pro *calido lupinos* habere, permutatis invicem θερμός, *calidus*, et θέρμος, *lupinus.* Idem in *Comment.* ad Ies. LXV. p. 245. exhibet lectionem εὗρον ὡς θερμὸν, quae *Sixt. Amamam* in *Antibarb. Bibl.* lib. IV. p. 751. in eam induxit opinionem, LXX Intt. scripsisse εὗρον οἰκτιρμὸν, *invenerunt misericordiam*, ut εὗρον non sit h. l. prima singularis, sed tertia pluralis. Tuetur tamen lectionem θερμὸν omnium codd. vers. *Arab. Cod. Syr. Hexapl.* et *Theodoreti* auctoritas, ut adeo verosimilius sit, eos loco חֵן legisse חֹם. *Victor* apud *Ghislerium* in *Catena* p. 664. testatur, alios pro θερμὸν ibi legere θερισμὸν, *messem.* Inde forte enata glossa apud *Hesychium:* Θερμὸν, τὸ θέρος. Tob. II, 9. ἀφώδευσαν τὰ στρουθία θερμὸν (sc. ἀφόδευμα vel simile quid) εἰς τοὺς ὀφθαλμούς, passerculi calidum stercus excernebant in oculos. Sir. XXIII, 22. ψυχὴ θερμὴ, *anima calida*, h. e. homo *iracundus*, ut e serie orationis luculenter apparet. Θερμὸς Graecis omnino dicitur, *cuius animus affectibus pravis exaestuat. Bielio* ψυχὴ θερμὴ est *is, qui turpi libidine totus flagrat.* Vide *Fesselii Adv. Sacr.* lib. II. c. 22. p. 160.

*ΘΕΡΜΟ'ΤΗΣ, caliditas, calor.* Sap. II, 4. ὑπὸ θερμότητος αὐτοῦ βαρυνθεῖσα.

*ΘΕ'ΡΟΣ, aestas.* קַיִץ, *aestas*, it. *messis.* Gen. VIII, 25. Prov. VI, 8. XXX, 25. ἑτοιμάζεται θέρους (pro διὰ θέρους), parat aestate victum. – קָצִיר, *messis.* Prov. XXVI, 1. Sir. L, 9. ἐν ἡμέραις θέρους. Vide *Iacobs. anim.* ad *Anthol.* T. VIII. pag. 357.

*ΘΕΣΒΙ'ΤΗΣ, Thesbites*, cognomen prophetae Eliae. נָבִיא, *propheta.* Mal. IV, 5. ubi pro τὸν Θεσβίτην alii habent προφήτην, quod est vel alius interpretis, vel emendatio ad textum. – תִּשְׁבִּי, *Thesbites.* 1 Reg. XXI, 17. 2 Reg. I, 3. 8. IX, 36.

*ΘΕ'ΣΙΣ, positio, situs*, it. *habitus, amictus.* *נַחַת, *descensus.* *Ἄλλοι* Iob. XXXVI, 16. Acceperunt vocem hebr. in ea significatione, qua *requiem* notat, ut quoque interpretatus est *Vulgatus.* – נִיר, *lucerna.* 1 Reg. XI, 36. ὅπως ᾖ

*θέσις τῷ δούλῳ μου Δαυίδ.* Quomodo haec versio excusanda aut defendenda sit, vix apparet. Coniicio, eos legisse נִיר a נגר, *commorari in aliquo loco*, ut *θέσις* sit *fixa ac perpetua sedes*, aut *regia sedes*, si nempe vox haec cum Hierosolyma in sequentibus coniungatur. Vide supra s. v. *θέλησις*. – *שִׁית, *positio*, it. *ornatus*, *forma externa*. *Aqu.* Prov. VII, 10. *θέσιν πόρνης*, *habitum* meretricis: ubi *Symm.* *τάξιν*, LXX *εἶδος* habent. *Drusius* in *fragm.* p. 1110. ad h. l.: Hic sumi videtur pro habitu aut vestis genere, quae et *σύνθεσις*. Qua voce Latini quoque autores utuntur. *Suetonius Nerone* (cap. 51.): *Ac plerumque synthesin indutus* etc. *Martialis* (lib. XIV, 1.): *Synthesibus dum gaudet eques dominusque senatus.* 3 Esdr. I, 2. *ἐν τῇ θέσει*, *eo quod collocarent.* In textu hebr. 2 Chron. XXXV, 3. est תְּנוּ, *collocate.* Sap. VII, 19. *ἀστέρων θέσεις*, siderum *situs*, aut *dispositiōnes*, coll. v. 29.

*ΘΕΣΜΟ'Σ*, *lex*, *statutum.* שָׁתוֹת, *fundamenta*, a שִׁית, *ponere.* *Symm.* Ps. X, 3. *ὅτι οἱ θεσμοὶ κατελύθησαν*, *leges* perfractae iacent, s. nihil valent. Vox hebr. metaphorice *leges* notat, quia sunt quasi fundamenta, quibus superstructa nititur omnis humana societas, ut iis convulsis evertantur ipsae civitates. – הֲלָכָה, *lex.* Prov. I, 8. Sap. XIV, 23. *Gloss. MS. in Sap. Sal.* *θεσμῶν*, *νόμων*. 4 Macc. VIII, 6. *Hesych.* *θέσμοις*, *νόμοις*.

*ΘΕΧΕΙ'Μ.* Est ipsa vox hebraica תֻּכִּיִּים plur. *pavones* vel *psittaci*, sec. alios *simiae* (Conf. *Iac. Hasaei* pec. diss. in *Bibl. Brem.* Cl. II. p. 468 sequ.). 2 Par. IX, 21.

*ΘΕΩΡΕ'Ω*, *contemplor*, *specto*, *considero*, *sentio*, *percipio*, etiam *cum voluptate* vel *admiratione video et adspicio aliquid.* זָמַם, *cogito.* Prov. XXXI, 16. – חָזָה. Ps. XXVI, 8. *τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα κυρίου*, ut *percipiam* delectationem domini. – חֲזָה chald. Dan. II, 31. 34. III, 28. Dan. VII, 11. *ἐθεώρουν τὴν φωνὴν* sec. *Chis.* coll. Apoc. I, 12. ubi legitur: *βλέπειν τὴν φωνήν.* – מָאוֹר, *lumen.* Prov. XVI, 2. *θεωρῶν.* Forte legerunt מַרְאֶה, *videre faciens.* – רָאָה. Ios. VIII, 20. Iud. XIII, 19. 20. Iob. XIII, 1. *ἰδοὺ ταῦτα τεθεώρηκέ μου ὁ ὀφθαλμός*, ecce haec vidit oculus meus. *Al.* Iud. XVI, 27. *θεωροῦντες ἐν παιγνίαις Σαμψών*, *spectantes*, quomodo fidibus caneret Simson. Sir. XXVI, 32. *γυνὴ μεγαλόφωνος καὶ γλωσσώδης εἰς πολεμίων τροπὴν θεωρηθήσεται*, mulier clamosa et loquax ad hostes fugandos *exquiretur.* Ibid. XLII, 24. *ὡς πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐπιθυμητά, καὶ ἕως σπινθῆρός ἐστι θεωρῆσαι*, ubi *θεωρεῖν* notat *cum voluptate et admiratione videre.* Conf. *Glassii Philol. S.* p. 215. ed. *Dathii.*

*ΘΕΩΡΗΤΟ'Σ*, *conspicuus*, *spectabilis.* חָזוּת, *visio.* Dan. VIII, 5. *κέρας θεωρητόν*, h. e. sec. *Theodoretum ἐπίσημον καὶ περίβλεπτον.* *Diod. Sic.* p. 429, 14.

*ΘΕΩΡΙ'Α*, *contemplatio*, *spectaculum*. מַרְאָה. Ezech. X, 10. sec. *Compl. Symm*. Ies. LIII, 2. – רְאוּת, *aspectus*. *Symm*. Cohel. V, 10. Legitur praeterea Dan. V, 7. sec. cod. *Chis*. εἰσεπορεύετο ἐπὶ θεωρίαν ἰδεῖν τὴν γραφὴν, ubi nihil respondet in textu ac sine dubio duae versiones coaluerunt. 2 Macc. XV, 26. τοὺς ἐξελθόντας πάντας ἐπὶ τὴν θεωρίαν ἐξεκέντησε, h. e. omnes Iudaeos, qui ad *celebrationem sabbati* venerant, interemit, coll. v. 25. *Vulg*. male *spectaculum* transtulit. Latius enim patet haec vox apud Graecos, quibus θεωρία in universum *omnia* notat, *quas ad cultum Dei externum spectant*, unde mox de *ludis sacris gentilium*, mox de *sacris* generatim adhibetur. Conf. *Casauboni Comment. in Theophr. Char*. statim ab initio. Sic θεωρικὸν ἀργύριον est interprete *Hesychio* τὸ εἰς θεῶν τιμὴν καὶ ἑορτὴν διδόμενον, et eodem teste: θεωρικοὺς ἐκάλουν τοὺς τοῖς θεοῖς τὰς ἀπαρχὰς ἀπάγοντας. 3 Macc. V, 24. πρὸς τὴν οἰκτροτάτην θεωρίαν, ad funestissimum *spectaculum* internecionis, sc. Iudaeorum.

*ΘΕΩΡΙ'ΖΩ*, *aspicio*, *conspicio*, *specto*. Iudith. X, 11. οὐκέτι ἐθεώρισαν αὐτήν.

*ΘΕΩΡΟ'Σ*, *contemplator*, *spectator*, speciatim *sacer legatus*, *qui ad sacra deorum externorum mittebatur*. 2 Macc. IV, 19. θεωρούς, *sacrorum procuratores*. *Suidas*: Θεωροὶ, οἱ εἰς θυσίας πεμπόμενοι καὶ τὰς ἑορτὰς, ἢ ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας, καὶ ἄλλας πανηγύρεις, καὶ εἰς χρηστήρια. Graeci etiam illos, qui primitias Diis afferebant, θεωροὺς vocabant. *Hesychius* in Θεωρικός: Θεωροὺς (Sic enim legendum censet *Stephanus* pro θεωρικοὺς, et recte, iudice *Bielio*.) δὲ ἐκάλουν τοὺς τοῖς θεοῖς τὰς ἀπαρχὰς ἀπάγοντας. Conf. *Spanhemii Obss.* in *Callimach*. p. 487. et 515 sequ.

*ΘΗ'ΚΗ*, *theca*, *loculus*. בַּיִת, *domus*. Exod. XXV, 27. XXXVI, 32. XXXVII, 14. – מַצֵּבָה, *statumen*, *statio*, *stirps*. Ies. VI, 13. ὅταν ἐκπέσῃ ἐκ τῆς θήκης αὐτῆς. Acceperunt vocem hebr. in ea notione, quam habet מַצָּב, ut notet *omnem locum*, *ubi aliquid constituitur* vel *consistit*, ut adeo θήκη sit h. l. *capsula glandis*. Secundum *Michaëlis Supplem*. p. 2328. legerunt מִצַּבָּם, *tanquam ex testudine sua*, a צָב, Num. VII, 3., vel מִצְבָתָם, a צֶבֶת, *fasciculus*, Ruth. II, 16. *Kraegelio* legisse videntur מַצְבָּתָהּ, quae vox *omne vas* notat, *in quo aliquid reconditur et asservatur*, coll. Ex. XVI, 33. – *פֶּתַח, *ianua*. Ies. III, 26. ubi פְּתָחֶיהָ LXX transtulerunt: αἱ θῆκαι τοῦ κόσμου ὑμῶν, ac illud κόσμου ὑμῶν est merum additamentum, et θῆκαι positum est pro θύραι. *Vulgatus*: *lugebunt portae eius*. – *תֵּבָה, *arca*. Exod. II, 3. 5. etc. sec. *Compl*. et *Inc*. apud *Montfauconum*. Fortasse legendum est θίβη. Vide infra s. v. θίβη.

*ΘΗΛΑ'ΖΩ*, *lacto*, et *lacteo*, *sugo*. מְפַחִים plur. *educationes*, q. d. *palmationes*, *parvuli*, *qui palmis gestantur et*

*educantur.* Thren. II, 20. νήπια θηλάζοντα μαστοὺς, infantes *sugentes* ubera. - יָנַק : הֵינִיק Kal et Hiph. Iob. III, 12. ἱνατί δὲ μαστοὺς ἐθήλασα; cur vero *lactatus sum* uberibus? Vide et Cant. VIII, 1. et Ioel. II, 16. Gen. XXI, 7. ὅτι θηλάζει παιδίον Σάῤῥα, quod *lactet* infantem Sara. Vide et Exod. II, 9. 1 Sam. I, 23. Thren. IV, 3. Ps. VIII, 3. ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων, ex ore infantium et lactentium. Vide et Ier. XLIV, 7. *Thomas Mag.* et *Moschopulus:* θηλάζει τὸ θῆλυ μεταβατικῶς ἃ ἔτεκε, καὶ θηλάζουσι τὰ τεχθέντα ἀμεταβάτως. Confer, quae ex *Aeliano*, *Philostrato* et *Lysia* notat *Graevius* ad *Luciani Soloecist.* p. 734. Deut. XXXII, 13. ἐθήλασαν μέλι ἐκ πέτρας, *suxerunt* mel ex petra. Deut. XXXIII, 19. [πλοῦτος θαλάσσης θηλάσει σε, divitiae maris *lactabunt* vel *satiabunt* s. *recreabunt* te. Adde *Theod.* Ies. LIII, 2. et 2 Macc. VII, 22. 27.

*ΘΗ'ΛΕΙΑ*, *foemina.* אֻרְוָה, *stabulum.* 2 Par. IX, 25. θήλειαι ἵπποι. Ita absurde redditur a LXX Intt. iudice *Bocharto Hieroz.* T. I. p. 115. ed. rec. Sine dubio de *equaria* s. πωλεία cogitarunt, ad quam opinionem ipsos movisse videtur vox אֻרְוָה. - בָּקָר, *bos.* Amos. VI, 12. Legerunt fortasse בַּבְּקָרִים, a נְקֵבָה, *foemina*, pro quo tamen secundum leges grammatices בִּנְקֵבוֹת scribendum fuisset. - נְקֵבָה, *foemina.* Lev. IV, 28. XV, 32. XXVII, 4. 6. 7. *Aqu. Symm.* Ierem. XXXI, 22. Vide quoque Prov. XXX, 31. ubi nihil pro hac voce in textu hebr. legitur.

*ΘΗ˝ΛΥ*, *foemina*, sc. γένος, *sexus foemineus, foemina.* אִשָּׁה. Gen. VII, 2. - בַּת, *filia.* Exod. I, 16. 22. - נְקֵבָה, *foemina.* Gen. I, 27. VI, 19. VII, 3. 9. et alibi aliquoties.

*ΘΗΛΥΚΟ'Σ*, *foemininus, foeminei sexus proprius.* נְקֵבָה, *foemina.* Num. V, 3. Deut. IV, 16.

*ΘΗΛΥΜΑΝΗ'Σ*, *fervidus amator sexus foeminei*, q. d. *insaniens amore mulierum.* מְיֻזָּנִים, plur. *bene pasti.* Ier. V, 8. ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν, equi prae venere insanientes (s. *emissarii*, ut *Vulgatus* transtulit, h. e. admissarii) facti sunt. Ad hebr. מְיֻזָּנִים θηλυμανεῖς praeter *Bielium Kircherus* quoque ac *Trommius* retulerunt, ut a זָנָה derivasse videantur, sed *Hieronymus* ad sequ. vocem מַשְׁכִּים, ut cum *Simone* (*Lex. hebr.*) deducatur a שָׁכָה, *vagari*, ita ut סוּסִים מַשְׁכִּים sint *equi indomiti*, *oestro venereo perciti.* Vide *Scharfenbergium* ad *Cappelli Crit. S.* p. 813. Caeterum confer ad h. l. *Drusium Proverb.* Cl. II. l. IV. n. 37. et *Fesselii Advers. Sacr.* lib. II. c. 26. p. 171. Apud *Hesychium* θηλυμανεῖς sunt πόρνοι. Adde *Schol. Aristoph. Nub.* v. 1018.

*ΘΗ˝ΛΥΣ*, *foemineus, muliebris.* 2 Macc. VII, 21. τὸν θῆλυν λογισμὸν ἄρσενι θυμῷ διεγείρασα, *foemineam* cogitationem masculo animo excitans.

*ΘΗΜΩΝΙ'Α* et *ΘΗΜΩΝΙΆ*, *acervus*, *cumulus*. גָּדִישׁ, *meta frumenti*. *Aqu. Theod.* Iob. XXI, 32. – חֹמֶר, *coacervatio*, *acervus*. Exod. VIII, 14. συνήγαγον αὐτοὺς θημωνίας θημωνίας, (ubi alii libri θυμωνίας, alii θειμωνίας aeque perperam habent) collegerunt eas *acervos acervos*, h. e. *acervatim*, aut *per acervos*. Ita Marc. VI, 39. συμπόσια συμπόσια, *per convivia*, et v. 40. πρασιαὶ πρασιαὶ, *per areolas*. Conf. auctores laudatos a *Wolfio* ad Marci l. c. p. 468. *Vulg. in immensos aggeres*. – עֲרֵמָה, *acervus*. Cant. VII, 2. κοιλία σου θημωνία ἅλωνος, venter tuus *acervus* areae, ubi θημωνία speciatim *acervum tritici a palea sua separati* notat, qui partim ob rotunditatem et tumorem, partim ob candorem et nitorem (*Plin. H. N.* XVIII, 7.) commode cum ventre puellae comparari potest. Sir. XX, 28. XXXIX, 22. 1 Macc. XI, 4. *Hesych.* Θεμωνιαὶ (male ita scribitur pro θημωνιαὶ), οἱ σωροὶ τῶν ὀναγμάτων. Apud eundem Θειμωνιαὶ (hoc ex mendoso procul dubio codice arreptum videtur *Bielio*, in quo pro Θιμωνιαὶ scriptum fuit. Conf. Exod. VIII, 14. ibique varietatem lectionis) iisdem verbis exponuntur.

*ΘΗΜΩΝΙ'Α ἍΛΩΝΟΣ*, *acervus areae*. גָּדִישׁ, *meta frumenti*. Iob. V, 26 – מִכְרֵה מֶלַח, *fodina salis*. Soph. II, 9. ubi pro ἅλωνος sine dubio reponendum est ἁλὸς, quam lectionem vere habet ed. *Complut*. Conf. *Bocharti Hieroz*. P. II. p. 222. ed. *Rosenm*.

*ΘΗ'Ν*. Vide Θὶν infra.

*ΘΗ'Ρ*, *fera*. חַיָּה, *animal*, *bestia animata*. Iob. V, 23. Vide et Sap. XI, 19. 2 Macc. IV, 25. XI, 9.

*ΘΗ'ΡΑ*, *venatio*, *captura*, *fera*, *praeda*, *tendicula*. טֶרֶף, *praeda*. *Aqu. Theod.* Iob. IV, 11. *Symm. Theod.* Iob. XXXVIII, 39. *Aqu. Theod. Symm.* Ps. CX, 4. Conf. 1 Macc. III, 4. – טְרֵפָה, *discerptum*. Exod. XXII, 13. ubi vulgarem lectionem ἐπὶ τὴν θήραν *Grabius Proleg. in LXX Intt.* T. I. c. 4. §. 3. tuetur contra *Flaminium Nobilium*, qui ἐπὶ τὴν θύραν legendum ibi suspicatur, et *Waltonum*, qui in *Bibliis Polyglottis* voci θήραν signum mendae praefixit. In Concordantiis *Trommii* θήρα ibidem male hebr.] עַד, *testis*, respondere dicitur, et LXX pro illo צַיִד legisse coniicitur. Legerunt potius LXX pro עַד cum tzere עַד cum patach, quod significat *ad*. Caeterum *Steuchus* putat forte legendum: ἄξει πρὸς αὐτὸν τὴν θήραν, *afferet ei praedam*, quae lectio quoque commodior visa est *Cartwrighto* in *Electis Thargumico-Rabbinicis* pag. 281. – צַיִד, *venatio*. Gen. XXV, 28. XXVII, 4. θήρευσόν μοι θήραν, venare mihi *feram*. Vide et v. 5. 7. Prov. XII, 28. – צֵידָה, *victus*, *alimentum*, *cibaria*. Ps. CXXXI, 16. τὴν θήραν αὐτοῖς εὐλογῶν εὐλογήσω, ubi θήρα est *annona*, ut non *frumenta* modo, verum etiam *omne genus obsonii et avium et ferarum et piscium* intellegatur.

Sic *Catena Gr. Euseb. et Chrysost.* θήραν λέγει τῶν ὠνίων τὴν ἀφθονίαν, τὴν εὐετηρίαν. *Hieronymus Quaest.* in *Genes.* XLV, 21. verba Ps. l. c. adducens, ad illa inter alia ita notat: θήραν *venationem magis potest sonare, quam fruges, tametsi moris sit Aegyptiorum* θήραν *etiam* far *vocare, quod nunc corrupte* atheram *nominant.* [De hac *Dioscorides* lib. II. c. 114. Ἀθήρα δὲ ἐκ τῆς ἀληλεσμένης εἰς λεπτὸν ζειᾶς σκευάζεται· ἔστι δὲ ῥόφημα ὥσπερ πολτάριον ὑγρὸν, παιδίοις ἁρμόδιον. Et *Hesychius:* Ἀθηρὰ (sic enim legitur pro Ἀθήρα), βρῶμα διὰ πυρῶν καὶ γάλακτος ἡψημένον παρ' Αἰγυπτίοις. Confer et quae ex *Plinii Hist. Nat.* L. XXII. c. 25. de medicina ex frugibus decocta, et Aegyptiis *athara* vel, ut alii legunt, *athera* dicta affert *Hodius* de *text. Bibl. Origg.* p. 120. Caeterum pro θήραν *Vulg.* habet *viduam*, quasi sit χήραν. Sed error etiam in latino nasci potuit, dum aliquis, inconsulta hebr. veritate nec inspecto cod. graeco, quod statim sequeretur *pauperes*, putavit *victum* esse mendum, ideoque nihil haesitans *viduam* reposuit. Ita iudicavit *Sim. de Muis.* — *צוּר, *petra. Inc.* 1 Sam. XXIV, 3. Legit צור vel צִיר, ut *Montfauconus* ad h. l. recte monuit, aut pro θήρας debet esse πέτρας. — צֹר, *rupes*, it. *Tyrus.* Hos. IX, 13. Forte legerunt צִיר, aut potius לְצוּד. Vide ad h. l. *Montf.* — צָרָה, *angustia.* Prov. XI, 8. δίκαιος ἐκ θήρας ἐκδύνει. Quanquam non improbabile est, eos צָרָה pro צֵידָה, *viaticum*, legisse, tamen, si vel recepta lectio servatur, sensus parum mutatur. Qui enim captus est, is est ad angustias redactus. — רֶשֶׁת, *rete.* Ps. XXXIV, 9. ἡ θήρα, ἣν ἔκρυψε, συλλαβέτω αὐτὸν, *tendicula*, quam abscondidit, capiat illum. Confer Rom. II, 9. — *שֵׂטִים plur. *declinantes.* Hos. V, 2. ubi pro שֵׂטִים olim lectum fuit צָדִים, in quo verbo LXX ם cum ה permutarunt, et י transposuerunt, aut potius transpositum in suo codice repererunt. Vide ad h. l. *Bahrdtium* in *apparatu critico* p. 50.

ΘΗ'ΡΑΜΑ, *captura. tendicula.* מְצוֹד, *rete.* Coh. VII, 27. — *צַיִר, *venatio.* Lev. XVII, 13. sec. codd. *Holm.*

ΘΗΡΑ'ΤΗΣ, *venator.* כֶּלֶב, *canis. Aqu. Symm.* Psalm. XXI, 17. θηρᾶται. Legerunt כַּלָּב (arab. كلاب), *venator*, ut *Hieronymus* quoque transtulit. Confer *Aeliani V. H.* XIV, 46.

ΘΗΡΑ'Ω, *venor.* צָרָה, idem. *Symm.* 1 Sam. XXIV, 12. ubi tamen sensu metaphorico *insidiari* notat.

ΘΗ'ΡΕΥΜΑ, *captura, tendicula.* צַיִד, *venatio*, et *fera venando capta.* Lev. XVII, 13. *Al.* Cohel. VII, 27. — *צִיּוֹן, *Sion.* Ierem. XXX, 17. Legerunt צֵידָם, aut צֵידְכֶם (secundum *Michaelis* ad h. l. צֵידוֹן.), a צוּד, *venari*, et צִיד est θήρευμα s. θήρα.

*ΘΗΡΕΥΤΗ'Σ*, *venator*, *captator*. *יָקוּשׁ, *auceps*. Ps. XC, 3. – *צַיָּד, *venator*. Ier. XVI, 15. Sirac. XI, 31. πέρδιξ θηρευτὴς, *perdix venator*. Est perdix cicur, qui feros perdices sua voce in caveam aut laqueos allicit. *Plinius aucupis indicem* vocari ait. Vide *Bocharti Hieroz*. P. I. p. 17. et P. II. p. 89. et *Drusium* ad *Sir*. l. c.

*ΘΗΡΕΥ'Ω*, *venor*, *feras capio*, metaphorice: *comparo*, *concilio mihi aliquid*. אָחַז, *capio*. Cohel. IX, 12. – אָרַב, *insidior*. Ps. LVIII, 3. – גָּדַד, *turmatim convenio*. Psalm. XCIII, 21. θηρεύσουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου. Non legerunt יָגוֹדּוּ, sed יָצוּדוּ. Sed גָּדַד quoque de *venatoribus turmatim convenientibus* commode dici potest. – הֵבִיא, *venire facio*, Hiph. a בּוֹא. *Inc*. Gen. XXVII, 7. θήρευσον, h. e. venare et affer mihi. Idem quoque legitur in *Complut*. Vide tamen ad h. l. *Scharfenbergium*, qui observavit, θήρευσον e v. 3. huc translatum esse. – טָרַף, *discerpo*. Ierem. V, 6. *Symm*. Ps. XXI, 14. – יָצַר, *angor*. Iob. XVIII, 7. Legerunt loco Resch Daleth a verbo צָדָה. Vide supra s. v. θήρα. – יָקֹשׁ, *laqueum tendo*. Ps. CXXIII, 6. – צוּד, *venor*. Gen. XXVII, 4. 5. Lev. XVII, 13. Thren. III, 51. IV, 18. ubi non legerunt צָרוּ, sed pro ἐθηρεύσαμεν in cod. *Norimb*. rectius legitur ἐθήρευσαν. – תָּפַשׂ, *prehendo*. Ier. LI, 41. Sir. XXVII, 21. ἀφῆκας τὸν πλησίον καὶ οὐ θηρεύσεις αὐτὸν, amisisti amicum, quem non facile tibi iterum *recuperabis*.

*ΘΗΡΙΑ'ΛΩΣΙΣ*, *captura ferarum*. טֶרֶף, *animal laniatum* vel *laniandum*, *praeda*. *Symm*. Gen. XLIX, 9.

*ΘΗΡΙΑ'ΛΩΤΟΣ*, *a feris captus*. חַיָּה, *bestia*. Lev. V, 2. Existimavit, post חַיָּה supplendum esse טְרֵפָה, ut θηριάλωτος h. l. sit *bestia a feris lacerata*. – טְרֵפָה, *discerptum*. Gen. XXXI, 38. Exod. XXII, 31. Lev. VII, 14. et alibi.

*ΘΗΡΙΑ'ΛΩΤΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ*, *a feris captus sum*. טָרֹף יִטָּרֵף, *lacerando laceror*. Exod. XXII, 13.

*ΘΗΡΙΟ'ΒΡΩΤΟΣ*, *a feris comestus*. טְרֵפָה, *discerptum*. *Inc*. Gen. XXXI, 38. Confer *Strabon*. *Geogr*. lib. V. p. 1235. D.

*ΘΗΡΙΟ'ΒΡΩΤΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ*, *a feris comestus sum*. טָרֹף טֹרַף, *discerpendo discerpor*. Gen. XLIV, 28.

*ΘΗΡΙ'ΟΝ*, *fera*, *bestia*. בְּהֵמָה, idem. Deut. XXVIII, 26. XXXII, 24. 1 Sam. XVII, 44. Iob. XL, 15. ubi θηρίον *elephantem* notat. – חַיָּה. Gen. I, 24. II, 19. et alibi passim. 2 Sam. XXIII, 11. συνήχθησαν οἱ ἀλλόφυλοι εἰς θηρία, ubi *Complut*. habet εἰς σιαγόνα ex *Iosepho A. I*. VII, 12, 4. qui legisse videtur לְחִיָה, *ad Lechi*, quod est nomen proprium loci, cuius mentio fit Iud. XV, 14. XVII, 19. *Al*. 2 Sam. XXIII, 13. τὰ θηρία τῶν ἀλλοφύλων παρενέβαλεν ἐν τῇ κοιλάδι Ῥαφαεὶν, animalia alienigenarum castra metabantur in valle Raphain. Sic enim pro τάγμα vel, ut al., τάγματα τῶν ἀλλο-

φύλων in codice quodam ibi lectum fuisse colligit *Bielius* e *Glossis MS. in Lib.* 3. *Reg.* ubi inde procul dubio ita: *τὰ θηρία τῶν ἀλλοφυλων, τουτέστι τὰ τάγματα.* Licet enim haec glossis in lib. 3 Reg inserta sint, tamen et aliae voces ibi exponuntur, quae aliunde insertae sunt. Ordines autem militum ibi חַיּוֹת, *θηρία*, dici videntur ab animalibus in vexillis ipsorum repraesentatis. Sic et apud alias gentes signa militaria animalium effigies exhibuisse auctores testantur. Vt enim taceam, quae Iudaeorum magistri de animalibus in vexillis exercitus populi Israelitici, ex Aegypto in terram Canaan tendentis, pictis referant, (Vide *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. III. c. 5. p. 772. et *Glassii Philol. S.* lib. V. Tr. I. c. 8. p. 1601.) de Persis refert *Xenophon* lib. II. *Cyropaed.* I, 1., quod aquilam auream in hasta longa conspicuam milites illorum habuerint et secuti sint. Et in vexillis Scythicis dracones comparuisse docet *Suidas* in *σημεῖα Σκυθικά.* Confer et quae de Indis memorat idem v. *'Ινδοὶ* et *Χιλιοστὺς*, ac *Lipsium* de *milit. Rom.* Lib. IV. Dial. V. p. 171. In Romanis vero legionibus inter signa militaria aquilas, lupos, minotauros, equos, apros locum obtinuisse, tradit *Plinius* lib. X. c. 4. – חֵיוָא: חַיְּתָא: חֵיוְתָא Chald. Dan. II, 38. IV, 9. V, 23. et alibi. – חַיְתוֹ ex חַיָּה, cum ה paragogico. Ps. XLIX, 11. Ies. LVI, 9. – טָרוֹף infin. *rapiendo.* Gen. XXXVII, 32. – טֶרֶף, *rapina.* Ies. V, 30. – צִיִּים plur. *fera animalia.* Ies. XIII, 21. – קוֹל, *vox.* Soph. II, 14. ubi קוֹל accepisse videntur de animalibus sonum seu vocem lugubrem edentibus. Sap. XVI, 5. *θηρία. serpentes.* 1 Macc. VI, 35. ubi de *elephantibus* adhibetur, quorum aspectus ita omnes horrore olim replebat, ut vel bestiarum nomine noti essent. Confer quoque 1 Macc. XI, 56. Eodem modo apud *Polybium* quoque et alios scriptores graecos *τὰ θηρία*, et in *Terentio belluae* usurpantur, ut multis exemplis docuit *Bochartus Hieroz.* T. I. pag. 258. Adde 2 Macc. XV, 20. 21. 3 Macc. V, 23. 29. 45. VI, 16. 21.

*ΘΗΡΙ'Α ΤΕΤΡΆΠΟΔΑ, bestiae quadrupedes.* אֵילִים plur. ex אַל, *fortes.* Iob. XLI, 16. Ita nempe vocem hebraicam ex coniectura non inepta transtulerunt.

*ΘΗΡΙΟ'ΟΜΑΙ, efferor.* 2 Macc. V, 11. *τεθηριωμένος τῇ ψυχῇ, efferatus animo.*

**ΘΗΡΙΩΔΕ'ΣΤΑΤΟΣ, immanissimus.* 4 Macc. XII, 14.

*ΘΗΡΙΩ'ΔΗΣ, ferus, ferinus.* 2 Macc. X, 35. *θηριώδει θυμῷ.*

*ΘΗΡΙΩΔΩ~Σ, ferociter, ferino more.* 2 Macc. XII, 50. *ἐνέσεισαν θηριωδῶς τῷ τείχει.*

*ΘΗΡΟ'ΒΡΩΤΟΣ, a fera devoratus.* טְרֵפָה, *discerptum. Inc.* et *LXX* sec. edit. *Compl.* Gen. XXXI, 39. Ibid. XLIV,

28. Adde *Lycophr. Alex.* v. 472. ubi vid. *Schol.* et *Strabon. Geogr.* VI. p. 403. C.

ΘΗΣΑΥΡΙ'ΖΩ, *congero, in thesaurum recondo, thesaurum facio.* אָצַר, *recondo, repono.* 2 Reg. XX, 17. ὅσα ἐθησαύρισαν οἱ πατέρες, quaecunque *congesserunt* patres. Amos. III, 10. οἱ θησαυρίζοντες ἀδικίαν καὶ ταλαιπωρίαν, qui thesauros *congerunt* vi ac iniuria partos. - *מָצָא, *invenio, consequor. Inc.* Prov. XXI, 21. ubi θησαυρίζειν notat *consequi*, et quidem in bonam partem. - צָבַר, *congero.* Ps. XXXVIII, 10. θησαυρίζει καὶ οὐ γινώσκει, τίνι συνάξει αὐτὰ, thesauros *congeret*, et ignorat, cui *congeret* illos. Zach. IX, 3. ἐθησαύρισεν ἀργύριον ὡς χοῦν, *congessit* argentum tanquam pulverem. Conf. Bar. III, 10. *Hesych.* θησαυρίσασαν, συνάξασαν. - צָפַן, *recondo.* Prov. I, 18. θησαυρίζουσι ἑαυτοῖς κακὰ, tanquam in thesauro recondunt sibi mala. Sic *Eurip. Ion.* v. 915. μέγαν θησαυρὸν κακῶν, magnum thesaurum malorum, et *Plautus Mercat.* Act. I. Sc. 2. v. 51. et Act. III. Sc. 4. v. 56. *thesaurum mali* dixit. Confer *Lex. N. T. s. h. v.* Prov. II, 7. θησαυρίζει τοῖς κατορθοῦσι σωτηρίαν, rectius tanquam in thesauro recondet salutem. Prov. XIII, 23. θησαυρίζεται δὲ δικαίοις πλοῦτος ἀσεβῶν, iustis autem tanquam in thesauro reconduntur divitiae impiorum. - צָרֶבֶת, *adurens.* Prov. XVI, 27. Non permutarunt צרב et צבר, sed arab. صرب *colligere* notat. Tob. IV, 11. θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίσεις σεαυτῷ εἰς ἡμέρας ἀνάγκης, thesaurum enim bonum *recondis* tibimetipsi in dies necessitatis.

ΘΗΣΑΥ'ΡΙΣΜΑ, *thesaurus*, sive *quod in thesauro repositum est, repositorium, asservatio.* אוֹצָר, idem. Prov. XXI, 6. Vox haec, quam *Stephanus* in *Thes.* coniecit, sed sine scriptoris auctoritate, reperitur etiam in *Sophocl. Philoct.* 37. et *Eurip. Electra* v. 497.

ΘΗΣΑΥΡΟ'Σ, *thesaurus, receptaculum, theca* aut *cella, qua opes vel res pretiosae reconduntur, et ipsae divitiae ac res pretiosae, quae illis reconduntur,* it. *locus absconditus.* אוֹצָר, idem. Deut. XXVIII, 12. ἀνοῖξαι σοι κύριος τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ τὸν ἀγαθὸν, aperiat tibi Dominus thesaurum suum bonum. Conf. Ier. L, 25. Sir. XLIII, 16. Sic et apud *Plutarchum Solon.* p. 93. τοὺς θησαυροὺς ἀνοῖξαι τῶν χρημάτων est *thesauros aperire pecuniae.* Cf. *Elsnerum* ad Matth. XIII, 51. p. 71. et *L. Bos* ad Matth. II, 11. p. 3. Deut. XXXII, 34. ἐσφράγισται ἐν τοῖς θησαυροῖς μου, obsignatum est in *thesauris* meis. Ios. VI, 19. πᾶν ἀργύριον ἢ χρυσίον — εἰς θησαυρὸν κυρίου εἰσενεχθήσεται, omne argentum vel aurum in *fiscum* Iovae referendum est. 1 Reg. VII, 51. τὰ σκεύη ἔδωκεν εἰς τοὺς θησαυροὺς οἴκου κυρίου, vasa dedit in *thesauros* domus Domini. 2 Reg. XXIV, 13. ἐξήνεγκεν πάντας τοὺς θησαυ-

ροὺς ἐκεῖθεν τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου καὶ τοὺς θησαυροὺς οἴκου βασιλέως, abstulit omnes thesauros inde, qui in domo Domini, et thesauros domus regis. Nehem. XIII, 12. ἤνεγκαν δεκάτην τοῦ πυροῦ καὶ τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ἐλαίου εἰς τοὺς θησαυρούς, intulerunt decimam tritici et vini et olei in *thesauros*, h. e. in *horrea et cellas vinarias*. Iob. XXXVIII, 22. ἦλθες καὶ ἐπὶ θησαυροὺς χιόνος, θησαυροὺς δὲ χαλάζης ἑώρακας; num etiam venisti ad *loca*, *quibus* nix *reconditur*, vel etiam *loca*, *quibus* grando *asservatur*, vidisti? Ps. XXXII, 7. τιθεὶς ἐν θησαυροῖς ἀβύσσους, ponens in *locis absconditis* abyssos. Ps. CXXXIV, 8. ἐξάγειν ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ, educens ventos e *locis suis reconditis*. Ita et Ier. X, 12. *Suidas*: θησαυροὶ ἀνέμων, οὐκ ἀποθῆκαι τινές, ἀλλ' ἡ ῥᾳδία κίνησις, ἀπηνέμου τοῦ ἀέρος ὄντος. Ezech. XXVIII, 4. ἐποίησας χρυσίον καὶ ἀργύριον ἐν τοῖς θησαυροῖς σου, collegisti aurum et argentum in thesauris tuis. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. - אָסָם, *horreum*. *Symm.* Prov. III, 10. θησαυροὶ, *receptacula frugum*, ubi *Aquila* αἱ ἀποθῆκαι, LXX τὰ ταμιεῖα habent. - בֵּית אוֹצָר, *domus thesauri*. Mal. III, 10. εἰσενέγκατε πάντα τὰ ἐκφόρια εἰς τοὺς θησαυρούς, inferte omnes proventus in *horrea*. - בַּר, *frumentum*. Amos. VIII, 5. ubi post θησαυρὸν omissum est σίτου. Sic cum בר convenit. Ita quoque *Syrus* et *Chald.* non male. Contentum positum est pro continente. Vide v. 6. *Itala: horreum*. - גִּנְזַ, *thesaurus*, a גָּנַז, *collegit*, *recondidit*. Ezech. XXVII, 24. - חֹסֶן, *robur*, etiam *possessio*, *opes*, *quas recondi solent*. Ies. XXXIII, 6. - לִשְׁכָּה, *cubiculum*. Neh. X, 39. εἰς τοὺς θησαυροὺς εἰσοίσουσιν τὰς ἀπαρχὰς τοῦ σίτου, in thesauros inferent primitias tritici. - *מָגֵן, *clypeus*. 2 Paral. XII, 9. ἔλαβε τοὺς θησαυροὺς τοὺς χρυσίους sec. cod. *Cant.* ubi θησαυροὺς pro θυρεοὺς ex antecedentibus irrepsit. - מַטְמוֹן, *thesaurus reconditus*, spec. *cellae subterraneae*. Gen. XLIII, 23. Ies. XLV, 3. Ierem. XLI, 8. et alibi. - עֶצֶר, *imperium*. Iud. XVIII, 7. Legerunt אצר, vel putarunt, עצר idem esse quod אצר, quia literae eiusdem organi saepius miscentur. - תְּבוּאָה, *proventus*. Prov. III, 14. - תֹּף, *tympanum*. Ezech. XXVIII, 13. ἐνέπλησας τοὺς θησαυρούς σου. Versionis huius nullam aliam rationem reddere valeo, quam quod gazophylacia fortasse olim formam tympanorum habuerint, quemadmodum quoque arcae, quibus indebatur pecunia, in atrio mulierum positae, שופרות dicebantur. Vide *Lex. N. T.* s. γαζοφυλάκιον. Baruch. III, 9. coll. Sap. VII, 15. Sir. I, 22.

ΘΗΣΑΥΡΟΦΥΛΑΞ, *thesauri custos*. פֶּחָה, *praefectus*. Esdr. V, 14. Vide *Phavorinum* s. v. ταμίας, et *Diod. Sic.* p. 658, 25.

ΘΙΑΣΟΣ, proprie: *turba seu caterva mulierum Bacchicos agitans choros*, *coetus et multitudo tripudiantium ac*

*convivantium*, deinde *clamor, qualis est bacchantium, convivium* speciatim, *quod in exsequiis mortuorum haberi solebat.* בֵּית מַרְזֵחַ, *domus convivii*, scil. *funebris*. Ierem. XVI, 5. μὴ εἰσέλθῃς εἰς θίασον (ed. *Francof.* perperam habet θύασον) αὐτῶν, ne ingrediaris in domum convivii, seu *ad clamorem lugubrem illorum*. Conf. *Cappelli Crit. S.* Tom. III. pag. 194. *Hesychius*: θίασον, εὐωχία (malim εὐωχίαν) καὶ πλῆθος οὐ μόνον τὸ βακχικὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐργατικόν. Idem: θιασός, χοροῦ σύστασις ἢ σύλλογος, καὶ τὸ ψιλὸν πλῆθος, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τὸ βακχικὸν ἢ ἱερὸς τῶν γυναικῶν. *Schol.* ad *Demosthenem* in *Orat.* contra *Aeschinem* Vol. II. pag. 65. *Reisk.* θίασος ἐστι τὸ ἀθροιζομένων πλῆθος ἐπὶ τελετῇ καὶ τιμῇ θεῶν. Vid. *Harpocration* in θίασος, ubi etiam mox haec addit: Ἴων δὲ ἐν Ὀμφάλῃ κοινῶς ἐπὶ παντὸς ἀθροίσματος ἔταξε τοὔνομα. Plura de hac voce vide apud *Fesselium* in *advers. sacr.* l. I. c. 12. §. 3.

*ΘΙ'ΒΗ, arca, fiscella e vimine plexa.* Videtur esse vox ex hebraeo תֵּבָה, *theba*, aut (ut illi videntur legisse) *thiba*, conficta. Graeca autem scholia testantur, alios libros habere θήβην. תֵּבָה, *navigium, arca.* Exod. II, 3. 5. ubi *Schol.* θίβη, κιβωτὸς παπύρου, ἡ ὑδρία, ἡ πλατυσμὸς, ἥν τινες καλοῦσι σπίτην. *Gloss. in Octat.* θίβη, πλέγμα βίβλινον (scribe βύβλινον) ἐμφερὲς κοιτίδι τὸ μέγεθος. *Lex. Cyrilli MS.* θίβη, κιβώτιον ἐκ φύλλων πεπλεγμένον ὡς κοφινῶδες. *Hesych.* θίβη, πλεκτόν τι κιβωτοειδὲς, ὡς γλωσσοκομεῖον. Apud *Suidam* θίβης vocatur, et exponitur κιβώτιον ἐκ βύβλου πλεκτὸν ὡς κοφινῶδες. *Forsterus* in libro de *bysso antiquorum* pag. 113. e lingua coptica explicat, ut sit vox ex duabus composita, *navis rami s. folii palmae.* Conf. *Bartholinum* de *puerper. vet.* pag. 35. ac *H. Stephani Thes. l. gr.* (ed. *Lond.*) T. I. Vol. 2. p. 351.

*ΘΙ'ΒΙΣ. תֵּבָה, *navigium, arca.* Exod. II, 3. sec. *Hexapla.* Fortasse scribendum est θίβης. *Forsterus* l. l. legendum putat θῆβιν. *Schol.* ad h. l. θίβη, κιβωτὸς παπύρου.

*ΘΙ'ΓΩ, tango.* נָגַע, idem. Ex. XII, 22. sec. ed. *Compl.* ubi reliqui καθίξετε habent. Ibid. XIX, 2. *Hesych.* θίγειν, ψαῦσαι, ἅψασθαι, ἅπτεσθαι.

*ΘΙ'Ν* vel *ΘΙ'Σ, acervus, cumulus, agger, locus excelsus, collis, littus.* גִּבְעָה, *collis.* Gen. XLIX, 26. ἐπ' εὐλογίας θινῶν (in *Francof.* edit. male legitur θηνῶν) αἰωνίων, super benedictiones *collium* perennium. Conf. Baruch. V, 6. Deut. XII, 2. ἐπὶ τῶν θινῶν, in *collibus*. *Al.* Iob. XV, 7. *Lexic. Cyrilli MS. Brem.* θινῶν, βουνῶν. – גָּלִיל, *in rotundum flexum et convolutum, orbis. Aqu.* Ies. IX, 12. θινός. – גְּלִילָה. *Aqu.* Ez. XLVII, 8. θῖνας. Sic enim pro θηνὰς vel θῆνας legendum putat *Drusius* in *Fragm.* pag. 681. Ita et Ioel. III, 4. – גַּל, *acervus, cumulus. Aqu.* Hos. XII, 11. θῖνες. – צוּר, *rupes. Inc.* et LXX Iob. XXVIII, 10. θῖνας δὲ ποταμῶν διέρρηξε, *littora* autem fluviorum disrupit. – *חֵל, *agger, tumulus.*

Ios. XI. 13. sec. cod. *Oxon. Hesych.* θιναὶ, (legendum videtur θῖνες) ψάμμοι, ὑψηλοὶ τόποι, καὶ αἱ τῶν καρπῶν συγκομιδαί. Idem: Θινῶν, αἰγιαλῶν, ἡ σωρῶν πυρῶν. Rursus idem: Θὶς, ὄχθος, βουνὸς ἀμμώδης, αἰγιαλὸς, θάλασσα, σωρὸς κυμάτων. τὸ κάτω βάθος τῆς θαλάσσης, ἡ ὀστέων σωρός.

*ΘΛΑΔΙ'ΑΣ*, vel Θλασίας, *eunuchus, non quilibet, sed qui per* θλάσιν seu *testiculorum compressionem s. contusionem factus est*, quem evirationis modum describit *Paulus Aegineta* lib. VI. מָעוּךְ, part. Pah. *compressus.* Levit. XXII, 24. Inde *Gloss.* in *Octat.* θλαδίαν, τεθλασμένον. – פְּצוּעַ דַּכָּא, *vulneratus contusione.* Deut. XXIII, 1. οὐκ εἰσελεύσεται θλαδίας οὐδὲ ἀποκεκομμένος εἰς ἐκκλησίαν Κυρίου, non ingredietur contusus testiculis, vel exsectus in ecclesiam Domini. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* θλαδίας exponitur εὐνοῦχος. *Clemens Alex.* pag. 15. θλαδίας ὁ τῆς θείας καὶ γονίμου δυνάμεως ἐστερημένος.

*ΘΛΑ'ΣΜΑ*, *contusio*, *confractio.* רְסִיסִים, plur. *fragmenta.* Amos. VI, 11. πατάξει θλάσμασι.

*ΘΛΑ'Ω*, *contundo*, *frango.* דַּךְ, *attritus. Symm.* Psalm. IX, 9. τῷ τεθλασμένῳ: ubi tamen haec versio, quae ex uno codice *Regio* profertur, videtur mera explicatio versionis *Aquilae* τῷ ἐπιτρίπτῳ esse, et e loco *Chrysostomi*, male etiam a *Corderio* (T. I. *Catenae* p. 203.) intellecto, ortum suum traxisse. – מָחַץ, *percutio*, *et percutiendo frango.* 2 Sam. XXII, 39. – רָצַץ, *contundo*, *contero.* Iud. X, 8. ἔθλασαν τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, *tributis oppresserunt* filios Israel. 1 Sam. XII, 4. οὐκ ἔθλασας ἡμᾶς, non *oppressisti* nos. 2 Reg. XVIII, 21. τὴν ῥάβδον τὴν καλαμίνην τὴν τεθλασμένην, baculum arundineum *quassatum.* Iob. XX, 19. πολλῶν γὰρ δυνατῶν οἴκους ἔθλασεν, multorum enim potentium domos *oppressit.* Ezech. XXIX, 7. ἐθλάσθης, *fractus* es. Iob. XX, 10. sec. cod. *Alex.* θλάσιαν. Lege θλάσειαν. Sirac. XXX, 12. θλάσον τὰς πλευρὰς αὐτοῦ (scil. τέκνου), ὡς ἔστι νήπιος, ubi θλᾶν *percutere*, *ferire* notat. *Vulg. tunde latera eius, dum infans est.*

*ΘΛΙ'ΒΩ*, *premo*, speciatim *obsidione* (v. c. *Eurip. Hel.* 1176.), *affligo*, *vexo*, *molestiis afficio.* *אוֹיֵב, *hostis.* Iud. VIII, 34. θλιβόντων sec. *Vat.* – הוֹנָה, Hiph. a יָנָה, *opprimo vi vel fraude.* Lev. XIX, 33. XXV, 14. Deut. XXIII, 16. – הֵצִיק, Hiph. a צוּק, *arcto*, *premo*, *urgeo.* Deut. XXVIII, 53. 55. Ies. XXIX, 7. LI, 13. – *חָלַץ, *libero.* Iob. XXXVI, 15. Pro חָלַץ legerunt per metathesin literarum לָחַץ. – יֵצֶר, *angor.* Iud. X, 9. 1 Sam. XXX, 6. 2 Sam. XIII, 2. ubi de eo, *qui amat ac amore perturbatur*, dicitur. – לָחַץ, *opprimo.* Exod. XXII, 21. Iud. IV, 3. VI, 9. Ps. CV, 42. *Symm.* Exod. III, 10. et Psalm. XLI, 10. et alibi saepius. – לָצוֹן, *derisio.* Ies. XXVIII, 14. אַנְשֵׁי לָצוֹן, *viri irrisionis*, τεθλιμμένοι, *tribulati.* Videntur legisse לַחַץ loco לָצוֹן. – מָצוֹר, *angustia.* Thren.

I, 4. – מָשַׁךְ, *traho*. Ies. XVIII, 7. ἐκ λαοῦ τεθλιμμένου: ex interpretatione admodum inepta. – *עָלַל, *vindemio*. *Syrus* bis Thren. I, 22. Sensum expressit: nam vindemia est symbolum irae ac poenae divinae. Confer *Lex. N. T.* s. v. τρυγάω. – עָרִיץ, *tyrannus*. *Inc.* Ies. XXIX, 5. θλιψάντων. – עָשַׁק, *opprimo*. Ezech. XVIII, 18. – צוּר: הֵצִיר, Kal et Hiph. Deut. XXVIII, 52. 2 Par. XXVIII, 22. XXXIII, 12. – צַר, *adversarius*. Esdr. IV, 1. Nehem. IV, 11. IX, 27. et alibi saepius. Adde *Symm.* Ies. LIX, 19. – צַר, *angustia*. 1 Sam. XXVIII, 15. Psalm. XXX, 11. *Inc.* Iud. XI, 7. – צָרַר, *arcto. premo, ango*. Ps. XXII, 6. LXVIII, 24. CXLII, 4. *Symm.* Ps. VI, 8. LV, 3. *Aqu.* Ps. VII, 5. – צְרָרָה, *maxima angustia*, ex duplicatione terminationis foemininae vocis צָרָה. Ps. CXIX, 1. – *קוּץ, *abominor*. *Syrus* et *Hebr.* Exod. I, 12. ubi partim pro ἐθλίβοντο necessario legendum est ἔθλιβον, partim צוק et קוץ invicem permutasse censendi sunt. Vide ad h. l. *Scharfenbergium*. – רָצַץ, *confringo*. *Inc.* Iud. X, 8. – שָׁבַר, *frango*. Lev. XXVI, 16. – *שׁוּף, *contero*. *Symm.* Gen. III, 15. θλίψει sec. cod. *Mosqu.* in *Repert. Bibl. et Or. Liter.* T. IV. p. 260. Sed sine dubio loco θλίψει reponendum est τρίψει, quod verbum iam in margine cod. *Coisl.* notatum fuit, eraso tamen Interpretis nomine. Cf. *Hexapla Origen. ed. Montf.* T. I. p. 659. Sap. V, 1. XV, 1. κεραμεὺς ἁπαλὴν γῆν θλίβων, figulus *subigens* mollem massam argillaceam. Sirac. XVI, 28. tantus est corporum coelestium ordo, ut unum non premat, arctet vel impediat aliud. Ibid. XXXI, 37. θλίβειν est *ad bibendum cogere*. Vide ad h. l. *Drusium*. *Hesych.* θλίβει, ὠθεῖ, πιέζει. Idem: θλίβεται, πατεῖται. τοῦτο δὲ ἐπὶ σταφυλῆς. λέγεται γὰρ καὶ ὅτι τις ὀλιγωρεῖ, πιέζεται. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* θλίβεται, ἐκπατεῖται, ἐκπιέζεται ὡς σταφυλή. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ ἀθυμοῦντος.

*ΘΛΙΒΩΔΕΣ*, *angustum*, *aerumnosum*. צַר, *angor*. *Inc.* Gen. XXXII, 7. θλιβῶδες αὐτῷ.

*ΘΛΙΜΜΟΣ*, *afflictio*. לַחַץ, *oppressio*. *Theod.* et LXX Exod. III, 10. ἑώρακα τὸν θλιμμὸν, vidi afflictionem. *Lexic. Cyrilli MS. Brem.* θλιμμὸν, θλῖψιν.

*ΘΛΙΨΙΣ*, *compressio*, *afflictio*, *vexatio*, *anxietas*. אֵיד, *calamitas*. 2 Sam. XXII, 19. – *בָּצְרָה, nomen proprium, *Bosra*. Mich. II, 12. Pronuntiarunt igitur בְּצָרָה. – דְּאָגָה, *anxietas*. Ezech. XII, 18. – *דָּוָה, *menstruum*. *Symm.* Levit. XII, 2. ubi θλίψις *morbum* significat. – כָּעַס, Pihel. *irrito*. 1 Sam. I, 6. Ita *Bielius Trommium* secutus, sed male. Nam verba versionis LXX Intt. cum textu hebr. conciliari nullo modo possunt. – לַחַץ, *oppressio*. 1 Reg. XXII, 27. 2 Reg. XIII, 4. Ps. XLIII, 24. Adde *Symm.* Exod. III, 10. – מְגוּרָה, *formido*. *Inc.* Ps. XXXIII, 4. ubi vox hebr. obiectum *formidinis* notat, unde etiam *Symmachus* voce περίστασις usus est.

- מוּעָקָה, *pressura*. Ps. LXV, 10. - מְעוּף, *obtenebratio*. Ies. VIII, 22. ubi mihi non videntur מָצוֹק legisse, ut nonnullis placuit, sed sensum expressisse, nam tenebrae sunt symbolum calamitatis. - מָצוֹק, *angustia*. Deut. XXVIII, 53. 55. 57. - מְצוּקָה, idem. Iob. XV, 24. - *מְצוּרָה, *munitio*. Nahum. II, 1. ἐκ θλίψεως, ubi haud dubie legerunt מְצָרָה, *ex angustia*. - מֵצַר, *pressio*, *arctatio*, *angustia*. Psalm. CXVII, 5. - עֵדָה, *coetus*. Hos. VII, 12. τῆς θλίψεως αὐτῶν, ubi loco עֲדָתָם legerunt צָרָתָם, aut potius רָעָתָם. Contraria mutatio occurrit Obadi. v. 13. ubi בְּרָעָתוֹ vertunt συναγωγὴν αὐτῶν, h. e. בַּעֲדָתוֹ. Secundum *Tychsenium tentam*. p. 90. legerunt לחצתם. - עֳנִי, *afflictio*. Exod. IV, 31. - עֹצֶר, *coarctatio*. Ps. CVI, 39. - עָקָה, *pressura*. Ps. LIV, 2. - *עוֹרֵב, *Oreb*, nomen proprinm montis. Ies. X, 26. ubi vel sensum expresserunt, vel deduxerunt ab עָרַב, *obscuratus*, *obtenebratus est*, ut עוֹרֵב *noctem*, *caliginem* significet, quae est symbolum *miseriae* et *calamitatis*. - עֹשֶׁק, *oppressio*. Ezech. XVIII, 18. - צַו, *praeceptum*. Ies. XXVIII, 10. 13. Hic non legerunt צַר, ut *Cappellus* voluit, sed צו cum interpretibus quibusdam explicarunt de *mandatis* et *edictis poenarum a Deo inferendarum*. - *צָקוּן, *effuderunt*. Est 3. pers. plur. praet. Kal a צוּק, *effundo*. Ies. XXVI, 16. Forte legerunt צוּקָה, *angustia*. - צַר, *adversarius*. Zach. VIII, 10. - צַר, *angustia*. Deut. IV, 29. 2 Paral. XV, 4. Ps. IV, 1. et alibi. *Symm*. 1 Sam. II, 32. - צָרָה, idem. Gen. XXXV, 3. XLII, 21. Deut. XXXI, 17. et alibi saepius. - אֶרֶץ צָרָה, *terra afflictionis*, h. e. *valde afflicta*. Ies. XXX, 6. - קִבּוּצִים, plur. *caterva*. Ies. LVII, 13. ἐν τῇ θλίψει σου. Vocem hebraicam acceperunt metaphorice de copia et quasi colluvie malorum. E coniectura *Michaelis* in *Supplem*. p. 2161. legerunt, aut literis expallidis coniecerunt במצוקך. - רָעָה, foem. *malum*. Psalm. XXXIII, 19. - שׁוֹאָה, *vastatio*. Ies. X, 3.

ΤΟΠΟΣ ΘΛΙΨΕΩΣ, *locus afflictionis*. Vide snpra s. v. עָרַב.

ΘΝΗΣΙΜΑΙΟΣ, *mortuus*, et θνησιμαῖον, scil. σῶμα, *morticinum*, *cadaver*. מוּת, infin. a מוּת, *mori*. Levit. XI, 31. ἁπτόμενος τῶν θνησιμαίων αὐτῶν, qui tangit *cadavera* eorum. Alii ibi τεθνηκότων habent. - נְבֵלָה, *cadaver*. Lev. V, 2. τῶν θνησιμαίων κτηνῶν, inmentorum *mortuorum*. Deut. XIV, 21. πᾶν θνησιμαῖον οὐ φάγεσθε, omne *morticinum* non comedite. 2 Reg. IX, 37. ἔσται τὸ θνησιμαῖον Ἰεζάβελ ὡς κοπρία, erit *cadaver* Iesabel tamquam stercus. Vide et Ies. V, 27. Quemadmodum in his locis σῶμα subaudiendum, ita in νεκρὸν apud *Homerum* et *Aeschylum* illud aliquando subintelligitur. Plene autem νεκρὰ σώματα dixit *Philo de legat. ad Caium* p. 782. Vide *L. Bos Ellips. Gr*. p. 187. *Suidas*: θνησιμαῖον, τὸ νενεκρωμένον.

ΘΝΗ'ΣΚΩ, *morior.* *בָּמוֹת, *excelsa. Aqu.* 2 Sam. I, 19. Legit עַל מְחִיךָ loco עַל בָּמוֹתֶיךָ, omisso Beth. – הָרוּג, part. Pah. *occisus.* Ies. XIV, 19. – חָלָל, *confossus.* Iob. XXXIX, 30. – מוּת, ubi saepius מֵת, *mortuus.* Gen. L, 15. Exod. IV, 19. XII, 30. et alibi saepius. Adde *Inc.* 2 Sam. XIII, 32. et 39. ubi aeque ac מוּת הַמּוֹת de *morte violenta* adhibetur. – מָוֶת, *mors.* Prov. XIII, 15. θανεῖται. Legerunt יָמוּת. – מְתִים, plur. *homines. Aqu.* Psalm. XVI, 15. Id. Ies. XLI, 14. Deduxit a מוּת, *mori.* Baruch. III, 4. ubi τεθνηκότες vel sunt *miseri, in captivitatem abducti*, vel *scelesti, peccatores*, i. q. ἁμαρτάνοντες in sequ. Vide *Lexic. N. T.* s. v. νεκρός. *Bretschneiderus* in *Spicil.* s. h. v. τεθνηκότες interpretatus est de iis, *qui sunt caedi destinati.*

ΘΝΗΤΟ'Σ, *mortalis.* אָדָם, *homo.* Prov. XX, 24. θνητός, sc. ἄνθρωπος. – חַי, *vivens.* Iob. XXX, 23. οἰκία γὰρ παντὶ θνητῷ (scil. ἀνθρώπῳ) γῆ, domus enim omni homini mortali est terra. – יָלִית, 3 perf. fut. Kal a מוּת, *morietur.* Ies. LI, 12. ἀπὸ ἀνθρώπου θνητοῦ. – *מוֹת מוּת, *moriendo morior. Aqu. Symm.* Gen. II, 17. sec. cod. *Coislin.*

ΘΟΙ'ΝΗ, *epulum, convivium*, a θεὸς et οἶνος, quod in festis Deorum largius vinum bibere solerent, sec. *Athenaeum* lib. II. cap. 11. seqq. Sap. XII, 6. ἀνθρωπίνων σαρκῶν θοίνην, carnium humanarum *epulum.* 3 Macc. V, 31. *Gloss. MS.* in *Sap.* Θοιὰν (l. Θοίνην), βρῶσιν, τροφὴν, ἀνάλωμα. *Hesych.* θοίνη, εὐωχία, τροφὴ καὶ τρυφὴ, ἡ τράπεζα. Confer *Aelian. V. H.* XII, 51.

ΘΟΛΕΡΟ'Σ, *turbidus, impurus, coenosus.* חֵמֶת, *uter, lagena.* Hab. II, 15. iuxta ed. *Rom.* ποτίζων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀνατροπῇ θολερᾷ, qui potat amicum suum subversione *turbida*, h. e. faece turbida. Alii libri habent ἀνατροπὴν θολεράν. Non videt *Schultensius* in *anim.* ad h. l., quid LXX viderint transferentes ἀ. θ. Hinc nonnulli iudicarunt, fortasse restituendum esse χολερὰν pro θολερὰν, quod non male conveniret hebraico. *Vulg. mittens fel suum.* Sed mihi non sollicitanda videtur lectio recepta. Ἀνατροπὴ θολερὰ est *subversio talis, qua faeces excitantur* (nam θολόω est pr. *turbo coeno faeculento excitato*), et חֵמָה est *perturbatio*, et cum de rebus fluidis usurpatur, quibus faeces sunt, *excitatio.* Vide quoque supra s. v. ἀνατροπή. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* θολερὰν, ταραχώδη. *Hesych.* θολερὸν, ταραχῶδες, ἀκάθαρτον, βορβορῶδες, τεταραγμένον.

ΘΟΛΟ'Ω, *turbo.* חָמַר, *turbidus sum. Symm.* Ps. XLV, 3. θολουμένων. – עָשֵׁשׁ, *contabesco. Symm.* Ps. XXX, 11. ἐθολώθη. Θολοῦσθαι de oculis usurpatum *caligare* notat. Unde *Hesych.* θολῶσαι, πηρῶσαι, στεγάσαι, ταράξαι, σκοτίσαι.

ΘΟΡΥΒΕ'Ω, *turbo, perturbo, tumultuor.* נִבְהַל :בָּהַל, Kal, Niph. *Symm.* Iob. IV, 5. XXI, 6. et XXIII, 16. *Incert.*

Exod. XV, 15. *Symmach.* 2 Sam. IV, 1. - הָלַל, Pih. *insanum reddo. Symm.* Cohel. VII, 8. θορυβήσει: ubi θορυβεῖν notat *conturbare mentem alicuius, insanire s. errare facere. Aqu.* πλανήσει. LXX περιφέρει. *Vulg. conturbat* sapientem. Vide infra s. v. θόρυβος. - הָרְעַל, Hoph. a רָעַל, *trepido, horrore perculsus et exagitatus sum.* Nah. II, 4. οἱ ἱππεῖς θορυβηθήσονται. - הָמָה, *strepo, fremo. Symm.* Ps. XLII, 5. θορυβεῖς. Idem Psalm. LVIII, 7. 16. θορυβείτωσαν. - הִתְמַהְמַהּ, Hithp. *cunctor.* Iud. III, 26. ἕως ἐθορυβοῦντο, *dum tumultuabantur* s. *animo perturbato erant,* nempe ob repentinam mortem *Eglonis,* Moabitarum regis, quae etiam causa cunctationis erat. - חָפַז, *festino, praecipitanter et festinanter trepido. Symm.* 2 Sam. IV, 4. θορυβεῖσθαι pro ἐν τῷ θορυβεῖσθαι, cum turbaretur s. in communi perturbatione. Hinc non male respondet hebr. בְּחָפְזָהּ, *cum turbata s. perturbata festinaret.* - רָגַשׁ, *tumultuor, cum strepitu concurro. Aqu.* Psalm. II, 1. ubi vid. *Montf.* Legitur praeterea Psalm. LVII, 8. apud *Symmachum,* ubi voci huic nihil respondet in textu hebraico.

ΘΟ'ΡΥΒΟΣ, *turba, tumultus,* et speciatim *turba lamentantium,* etiam *perturbatio mentis, insania.* אֲבוֹי, *eheu,* vox lamentantis. Prov. XXIII, 29. τίνι οὐαί; τίνι θόρυβος; cui vae? cui *turba lamentantium?* Eodem sensu Marc. V, 38. θεωρεῖ θόρυβον, κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά, videbat *turbam lamentantium,* qui flebant et eiulabant multum. Matth. IX, 23. dicitur ὄχλος θορυβούμενος, per quem *Bartholinus* de *Tibiis Vett.* p. 274. sequ. et *Ioh. Nicolai* de *luctu Graecc.* cap. IX. §. 4. pag. 114. bene *praeficas* intellegunt, de quibus vide Ierem. IX, 17. Act. IX, 39. *Geier.* de *luctu Ebr.* cap. V. §. 16. et 19. et *Spencer.* de *leg. Hebr. rit.* l. IV. c. 9. sect. I. pag. 1136. sequ. Sic et θορυβεῖσθαι *lamentari* notat Marc. V, 39. - *הוֹלֵלוֹת, *insania. Symm.* Cohel. II, 12. X, 13. ubi θόρυβος *perturbationem mentis, insaniam* notat, ac LXX περιφέρειαν babent. Conf. supra s. v. θορυβέω. - הָמוֹן. Ezech. VII, 11. Dan. X, 6. sec. *Chis.* - מְהוּמָה. Ezech. VII, 7. οὐ μετὰ θορύβου, ubi מ prius habuerunt pro praepositione. - מְהוֹלָל, part. Pyh. *insanus. Symm.* Cohel. II, 2. - מַרְעִיד, part. Hiph. *tremens.* Esdr. IX, 9. - שָׁאוֹן. *Aqu.* Ps. LXIV, 8. - תְּרוּעָה, *clangor.* Ier. XLIX, 2. Sap. XIV, 25. θόρυβος ἀγαθῶν, h. e. vel bonarum rerum perturbatio et confusio, vel bonorum hominum vexatio.

*ΑΦΝΩ ΘΟ'ΡΥΒΟΣ, *subitaneus tumultus.* פַּחַד כְּשׁוֹאָה, *pavor, sicut vastatio tumultuosa.* Prov. I, 27.

ΘΟΡΥΒΩ'ΔΗΣ, *turbulentus, tumultuosus.* הוֹלֵלָה, *insania. Symm.* Cohel. VII, 27. θορυβώδη.

ΘΡΑΕ'Α vel ΘΡΑΗ'Α, pro וְרָאִיתִי, *et vidi.* Ez. XLI, 8. Illud θραιλ vel θραηλ LXX Iutt. (quod etiam agnoscit *Codex. Syr. Hexapl.*) ut omnino spurium reiicit *Hieronymus,*

aitque, caeteros interpretes vertisse: *et vide. Semlero* in *Ep. ad Griesbachium* videtur remansisse hic hebr. רָאִיתִי, (sed misere corruptum in *θραὶλ* pro *καὶ ῥαιθὶ*, quod parum probabile est.

*ΘΡΑΝΟ'Σ, splendidus.* Sap. VII, 22. *πνεῦμα θρανόν.* Vide infra s. v. *τρανός.*

*ΘΡΑ'ΣΟΣ, andacia, temeritas, confidentia temeraria.* אַלְמָנָה, *vidua.* Ezech. XIX, 7. Videntur deduxisse ab אֵלֶם, quod chald. est *fortis, robustus fuit. Cappello in notis critt.* ad h. l. videntur derivasse ab אֵלִים, quod *fortes* significat. Sap. XII, 17. *audacem temeritatem.* 1 Macc. IV, 32. VI, 45. 2 Macc. V, 18.

*ΘΡΑΣΥΚΑ'ΡΔΙΟΣ, audax corde, impavidi pectoris homo, magnanimus.* חֲזַק לֵב, *durus corde. Theod.* Ezech. II, 4. *θρασυκάρδιοι:* ubi alii libri habent *στερεοκάρδιοι.* Vide ad h. l. *Montfauconium.* - סוּג לֵב, *aversus corde.* Prov. XIV, 14. - רְחַב לֵב, *latus corde.* Prov. XXI, 4. *Hesych. θρασυκάρδιος, εὔτολμος, θρασὺς, τολμηρός.* Legitur praeterea apud *Hesiod. Scut.* v. 448. et *Homer. Il. κ'*, 41. ubi *Schol. εὔτολμος.*

*ΘΡΑΣΥ'ΝΩ, audacem reddo.* חִזֵּק, *obfirmo, roboro. Symm.* Exod. IV, 21. *θρασυνῶ*, ubi in textu hebr. additur אֶת־לֵב. 1 Sam. XXIII, 16. apud eundem legitur pro חִזֵּק יָד, *confortare manum*, ubi bono sensu adhibetur, ut additum בֵּאלֹהִים in textu hebr. satis docet.

*ΘΡΑΣΥ'ΝΟΜΑΙ, audax sum seu fio, ferocio.* לִבֵּב, *animosum reddo. Symm.* Iob. XI, 12. *Vulgat. in superbiam erigitur.* - עָזַז, *roboro. Al.* Ps. IX, 20. *θρασυνέσθω.*

*ΘΡΑΣΥ'Σ, audax.* הֹמִיָּה, part. foem. Kal ab הָמָה, *strepera.* Prov. IX, 13. - זֵד, *superbus.* Prov. XXI, 24. - עַז, *robustus.* Num. XIII, 29. - עֶצֶב, *dolor. Symm.* Prov. XV, 1. *λόγος θρασὺς*, ubi *Aquila σκληρὸς*, LXX *λυπηρός.* - רָשָׁע, *improbus.* Prov. XIII, 18. ubi *θρασὺς impium, scelestum, quidlibet audentem contra alios reges* notat. Sap. XI, 18. *θρασεῖς λέοντας*, audaces h. e. *feroces* leones. Sirac. XXII, 5. *θυγάτηρ ἡ θρασεῖα*, filia *impudica*, i. q. v. 4. *καταισχύνουσα*, coll. Prov. XII, 4. *Syrus:* ܣܟܠܐ, quod et *stultum* et *impium* notat, teste *Castello* in *Lex. Heptagl.* T. II. fol. 2524.

**ΤΟ' ΘΡΑΣΥ' ΘΑ'ΝΑΤΟΝ.* Verba haec apud LXX Prov. XVIII, 6. obvia respondent hebr. לְמַהֲלֻמוֹת, *ad percussiones. Iaegerus* ad h. l. *θάνατον* provenisse quidem statuit ex ultimis literis לָמֶוֶת, sed *θρασὺ* ex reliquis למה vix divinando se assequi posse fatetur. Addit tamen: *Θρασὺς* Prov. IX, 13. exprimit הֹמָה, qui idem c. XX, 1. *ὑβριστικὸς* appellatur. Forte igitur in una litera vitium contraxerat liber interpretis, forte etiam ipse, quae eius interdum liberalitas est, (vid. c.

I, 5.) ad hominis, de quo agitur h. l., naturam aeque opportune θρασὺ addidit, ac supra cap. XVII, 27. σκληρὸν, atque cum eandem pronuntiandi rationem teneret, quam secutus est *I. D. Michaelis*, לָמָּה מָוֶת, interrogandi particulam, quod recte potuit, contulit ad rei confirmationem, quo vere contulit c. XXII, 27. לָמָּה יִקַּח, λήψονται. Mihi videtur τὸ θρασὺ θανάτου legendum esse, ut τὸ θρασὺ sit epitheton mortis, ac in suo codice invenerint מַהֵל מָוֶת, *venenum mortis*. Vide *Simonis Lex. hebr.* pag. 893. Potest tamen eadem lectione servatat θρασὺ referri ad στόμα.

*ΘΡΑΥ'ΜΑ, *fragmentum*, *fractio ipsa*, it. *caedes*, *clades*. Legitur Iudith. XIII, 5. et est i. q. θραῦσμα, ut habet cod. *Alex.*, cuius lectionem *Bielius* secutus est. Vide infra s. v. θραῦσμα.

ΘΡΑΥ'ΣΙΣ, *fractio*, *confractio*, *plaga*, *vulnus*, *clades*. מַגֵּפָה, *plaga*. Num. XVI, 48. 50. 2 Sam. XVII, 9. sec. *Vat.* ubi alii πτῶσις habent, coll. ib. XXIV, 21. 25. Ps. CV, 30. ἐκόπασεν ἡ θραῦσις, cessabat *plaga*. *Suidas*: θραῦσις, φθορὰ, ἥττα ἐν πολέμῳ, θάνατος, ἀῤῥωστία, συντριβὴ, πληγή. Idem verba Ps. l. c. subiungit. Adde *Aqu.* Exod. IX, 14. — נֶגֶף, idem. Num. XVI, 47. — פֶּרֶץ, *ruptura*. Ps. CV, 23. — *רֹעָה, *confringendo*. *Theod.* Ies. XXIV, 19. Vide supra s. θραύω. Iudith. VII, 7. Sap. XVIII, 20. θραῦσις ἐν ἐρήμῳ ἐγένετο πλήθους, *clades* in deserto fiebat multitudinis. *Hesych.* θραῦσις, ὀργὴ, πληγὴ, σφῦρα ἡ τοὺς βώλους θραύουσα. Vide supra e *Gloss. in Octat.* notata in v. ἐνάρχομαι.

ΘΡΑΥ'ΣΜΑ, *fragmentum*, *frustum*, item *plaga*, *clades*. נֶגֶף, *plaga*. *Aqu.* Exod. XII, 13. — נֶתֶק, *porrigo*, q. d. *avulsio capillorum*. Lev. XIII, 30. 31. seq. XIV, 54. Iudith. XIII, 7. εἰς θραῦσμα ἐχθρῶν, in *cladem* inimicorum. *Hesych.* θραῦσμα, λύπη, πληγὴ, κατάπτωμα γῆς, καταστολὴ, παῦσμα, παῦσις.

ΘΡΑΥΣΜΟ'Σ, *confractio*, *vulneratio*. נָמֵס, Niph. a מָסַס, *liquefio*. Nah. II, 10. καρδίας θραυσμὸς, cordis *confractio*. *Glossar. MS. in proph.* θραυσμὸς, καταστολὴ, κατάπαυσις.

ΘΡΑΥ'Ω, *frango*, *confringo*, *discrucio*, *percutio*, *irritum facio*. *הִתְפַּצֵּץ, Hitbp. *frango cum divulsione partium, diffringo*. *Inc.* Hab. III, 6. — *הִתְרֹעֲעָה, *me ipsum diffringo*. *Theod.* Ies. XXIV, 19. — חָפַז, *trepido*. Deut. XX, 3. μὴ φοβεῖσθε, μηδὲ θραύεσθε, ne timeatis, neque *metu frangamini*. — מוּג, *liquefio*. Ezech. XXI, 15. ὅπως μὴ θραυσθῇ ἡ καρδία. Sensu plane contrario. Loco למוג legerunt לא מוג. — מָחַץ, *percutio*. Num. XXIV, 17. Θραύειν de tempore omnia confringente ac destruente legitur apud *Pindar. Olymp.* στ', 164. θραύσοι χρόνος ὄλβον ἐφέρπων. — נָגַף, *percutio*. 2 Sam. XII, 15. 2 Paral. VI, 24. *Inc.* 1 Sam. III, 5. *Aquila* 1 Sam.

XXVI, 10. ubi *necare* notat. *Οἱ λοιποὶ* sec. *Procop. in Cat. Nic.* Deut. XXVIII, 35. - נֶגַע, *plaga.* Num. XVI, 46. - נָמַס, Niph. a מָסַס, *liquefio.* Ezech. XXI, 7. Adde 2 Sam. XVII, 10. - נָשָׁה, *deficio.* Ier. LI, 30. - עָצַב, *doleo.* 1 Sam. XX, 33. Habet hic *θραύεσθαι* metaphorice sumtum notionem vel *doloris*, vel *indignationis.* Verba sunt: *ἐθραύσθη ἐπὶ τὸν Δαβὶδ*, *discruciabatur animo* propter Davidem. *Theodotion: ἐλυπήθη.* Vnde apud *Hesychium: θραῦσμα, λύπη.* Vide *Croii Obss. in N. T.* p. 277. - עָרַץ, *terreo.* Ies. II, 19. 21. - פָּרַץ, *rumpo.* 2 Par. XX, 38. *ἔθραυσε κύριος τὸ ἔργον σου*, *irritum fecit* Dominus opus tuum. - רָצַץ, ut arab. رضض, *concutio, quasso.* Exod. XV, 6. *ἔθραυσεν ἐχθρούς*. *percussit* inimicos. Conf. 2 Macc. XV, 16. *Gloss. MS. in Cant. Script. ἔθραυσεν, συνέτριψεν. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἔθραυσεν, κατέβαλεν, ὤλεσεν. Hesych. ἔθραυσεν, ἔπαυσεν.* - רָצַץ, *quasso.* Deut. XXVIII, 33. *ἔσῃ ἀδικούμενος καὶ τεθραυσμένος*, iniuriis et *plagis afficieris. Hesych. τεθραυσμένος, πεπληγμένος.* Ies. XLII, 4. LVIII, 6. *ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει*, dimitte *percussos* in libertatem, ubi *τεθραυσμένους* est alius interpretis, et pertinet ad לִשְׁבוּיִם Ies. LXI, 1. pro quo legit לִשְׁבוּרִים. Conf. Luc. IV, 18. *Lex. Cyrilli MS. Brem. τεθραυσμένους, πεπληγμένους.* Legitur praeterea Ies. II, 10. ubi verba *ὅταν ἀναστῇ θραῦσαι τὴν γῆν* translata sunt e v. 19. et 20. ubi ista bis habentur.

*ΘΡΕΠΤΟ'Σ, nutritus*, a *τρέφω*, *nutrio.* Hinc *παῖς θρεπτή*, *puella nutrita.* אֹמֵן, partic. *nutriens, nutritius.* Esther. II, 7. - *מַרְבֵּק, *saginatus. Symm.* 1 Sam. XXVIII, 24. *περιλοτροφημένη, θρεπτή*, quorum hoc ab alio interprete, illud a *Symmacho* profectum putat *Kreyssigius Symb.* ad *Bielii Thes.* P. I. p. 20. Mihi autem *θρεπτή* mera interpretatio vocis antecedentis paulo rarioris esse videtur. Fortasse etiam ex duabus editionibus versionis *Symmachi* duplex haec versio ortum traxit.

*ΘΡΗΝΕ'Ω, plango, lugeo, defleo, lamentor, lessum facio, naeniam cano*, h. e. *carmine aut oratione lugubri obitum alicuius celebro.* אָבַל, *lugeo.* Ezech. VII, 12. - אָלָה, *eiulo.* Ioel. I, 8. Eandem notionem habet Syr. ܐܠܐ. - בָּכָה, Pih. *defleo.* Ezech. VIII, 14. - הֵילִיל, Hiph. a יָלַל, *eiulo.* Ier. LI, 8. Ioel. I, 5. 11. 13. Soph. I, 12. - יְלָלָה, *eiulatus.* Zachar. XI, 3. - נָהָה, *lamentor.* Ezech. XXXII, 18. Mich. II, 4. - נוּד, *condoleo.* Ier. XXII, 10. - סָפַד, *plango.* Ierem. XVI, 5. *οὐ θρηνηθήσονται καὶ μὴ κόψονται αὐτούς*, non deflebuntur, et non plangent illos. Vide et Ierem. XXV, 33. - קוֹנֵן, Pih. a קִין, *lamentor, deploro.* 2 Sam. I, 17. (*ἐθρήνησε*

τὸν θρῆνον τοῦτον, *composuit hanc naeniam.* Sic arab. قين. V. *Golii Lex. arab.* p. 1991.) III, 33. Ier. IX, 16. Ez. XXXII, 16. - חָנָה, Pih. *confabulor.* Iud. XI, 40. ubi secundum nonnullos לְחַנּוֹת derivarunt a תַּנָּן, unde תַּנִּין, *draco*, θρηνητικὸν ζῶον, sive תַּנָּן a תַּנִּין hanc notionem acceperit, sive hoc ab illo. Sed תָּנָה, ut arab. ثنى, notat *laude vel carminibus celebravit.* Sermo antem h. l. est de *carmine lugubri*, quod simul *carmen laudatorium* esse solet. *Hes.* θρηνεῖ, πενθεῖ, ὀλολύζει, ὀλοφύρεται.

ΘΡΗΝΕΩ ΘΡΗΝΗΜΑ, *lamentor lamentum.* קוֹנֵן, Pih. a קִין. Ezech. XXVII, 32. ubi pro θρήνημα σοῦ legendum θρήνημά σου.

ΘΡΗ̃ΝΟΣ, *planctus, lamentatio.* מָשָׁל, *parabola, carmen lugubre in ludibrium alicuius compositum.* Ies. XIV, 4 - נְהִי, *lamentum.* Ierem. IX, 17. XXXI, 15. Amos. V, 16. Mich. II, 4. - קִינָה, *lamentatio, lamentum.* 2 Sam. I, 17. 2 Paral. XXXV, 25. Amos. V, 1. ubi loco θρῆνον fortasse reponendum est θρηνῶν. - קִינִים, plur. *lamenta. Aqu. Symm. Theod.* et *LXX* Ez. II, 10. *Hesych.* θρῆνος, γόος.

ΘΡΗΣΚΕΙ'Α, *cultus religiosus.* Sap. XIV, 18. 27. τῶν εἰδώλων θρησκεία, coll. Coloss. II, 18. *Hesychius:* θρησκεία, σέβασμα. *Glossar. MS.* τῆς Παναρέτου: Θρησκείαν, θεοσέβειαν.

ΘΡΗΣΚΕΥ'Ω, *religiose colo.* Sap. XI, 16. ἐθρήσκευον ἄλογα ἑρπετὰ, *religiose colebant* reptilia rationis expertia. *Hesych.* ἐθρήσκευον, ἑτοίμως ἐσέβοντο. Legendum: ἐτίμων, ἐσέβοντο. Vide et Sap. XIV, 16. *Hesych.* θρησκεύει, σέβεται, θεραπεύει, προσεδρεύει, ὑπηρετεῖ, τῷ Θεῷ λατρεύει.

*ΘΡΙΓΚΟ'Σ, *pinna*, s. *corona murorum, septum, vallum, maceria.* Scribitur etiam male θριγγὸς et θριγχός. גְּדֵרָה, *maceria, septum, murus.* LXX sec. cod. *Norimb.* Ier. XLIX, 3. διὰ τῶν θριγκῶν, ubi unus codex apud *Theodoretum* τριγχῶν habet. *Hesych.* τριγκῶσαι ἢ τριγγῶσαι, φράξαι. — τριγκὸς, περίφραγμα, στεφάνη, τείχιον (lege τειχέων). Idem: θριγγὸς, ἡ στεφάνη τοῦ τείχους, περίφραγμα, — περιχαράκωμα καὶ τριγχός.

ΘΡΙ'Ξ, in genit. τριχὸς, *pilus, capillus.* *עֵז, *capra.* *Aqu.* 1 Sam. XIX, 14. עִזִּים τριχῶν transtulit secundum *Hexapla*, ubi post τριχῶν supplendum est αἰγείων. Confer supra s. v. αἴγειαι τρίχες. Nec impetrare a me possum, ut credam, verba καὶ στρογγύλωμα τριχῶν esse *Aquilae*, quae mihi potius assumentum ex alio interprete continere videntur. - פְּתִיל, *filum.* Exod. XXXIX, 3. - *שָׁעַר, *aestimo.* Prov. XXIII, 7. Legerunt שֵׂעָר. - שֵׂעָר, *capillus, pilus.* Lev. XIII, 3. 4. 9. Num. VI, 5. 18. et alibi. - *שְׂעַר, *crinis.* Ies. VII, 20. - *שְׂעַר, chald. idem. Dan. III, 28. IV, 30. VII,

9. - שַׂעֲרָה, idem. Iud. XX, 16. *πρὸς τὴν τρίχα*, *accuratissime*, i. q. nos: *auf ein Haar.* 1 Sam. XIV, 46. et alibi saepius.

*ΘΡΟΕ'Ω*, *turbo*, *tumultuor*: *θροέομαι*, *turbor*. הָמָה, idem. Cant. V, 4. *ἡ κοιλία μου ἐθροήθη ἐπ' αὐτὸν*, venter meus *turbatus est* propter illum. - *חָפַן, *festino*, *trepido*. Deut. XX, 3. sec. ed. *Compl.* *θροεῖσθε*, quae lectio mihi merum interpretamentum vocis *θραύεσθε* continere videtur. - הִשְׁלִים, Hiph. *perficio*. *Al.* Iob. XXIII, 14. *ἐθροήθην*, *perturbatus sum.* Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

*ΘΡΟΝΙ'ΖΟΜΑΙ*, *in solio sedeo.* Vide *ἐνθρονίζομαι*.

*ΘΡΟ'ΝΟΣ*, *thronus*, *solium*. היכל, *palatium*. Dan. IV, 1. - חוּג, *circulus*. Prov. VIII, 27. Vide ad h. l. *Iaegerum*. - כִּסֵּא. Exod. XI, 5. XII, 29. et alibi passim. 1 Reg. II, 12. *θρόνος. φησὶν ἡ γραφή· κεκάθικεν ἐπὶ θρόνου Δαβὶδ τὸ σπέρμα Ἰεχονίου. θρόνον δηλονότι τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα λέγων.* Prov. XI, 16. *θρόνος ἀτιμίας* mulier dicitur scelesta. Ies. XXII, 23. *ἔσται εἰς θρόνον δόξης τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*, sedebit in throno gloriae domus patris sui. Ier. XIV, 27. *μὴ ἀπολέσῃς θρόνον δόξης σου.* Vide et Ierem. XVII, 12. et conf. Sirac. XLVII, 12. - כִּסֵּה. 1 Reg. X, 19. Iob. XXVI, 9. - *כֹּסֶה, part. *occultans*. Prov. XII, 24. Legerunt כִּסֵּה, coll. XI, 16. - כָּרְסֵא, chald. Dan. V, 22. VII, 9. - מָקוֹם, *locus*. 1 Reg. X, 19. - *עֲלוּמִים, *adolescentia*. *Inc.* et LXX sec. ed. *Rom.* Psalm. LXXXVIII, 46. *τοῦ θρόνου αὐτοῦ*, ubi e mente *Semleri θρόνου* falso descriptum est pro *χρόνου*. Mihi vero non sollicitanda videtur lectio recepta: nam *Inc. Int.* ratione habita eorum, quae v. 45. leguntur, per יְמֵי עֲלוּמָיו intellexit *tempus imperii eius*. - *פִּתַּח, Pih. *aperio*. Iob. XII, 18. Forte legerunt פֶּתַח, *ianua*. - *תַּחַת, *loco*. 2 Reg. XIV, 16. Libere transtulit. Sirac. X, 13. ubi *θρόνοι* sunt vel *throni* vel *solia* s. *sedes*, ut *Vulgatus* transtulit. *Θρόνος* iuxta *Athenaeum* lib. V. p. 192. est *καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ*.

*ΘΡΟ'ΟΣ*, et contracte *θροῦς*, *tumultuantium clamor*, *tumultus*, *fremitus*, *turba*, *loquela obscura*, *rumor*, *fama*, *sonus*. Sap. I, 10. *θροῦς γογγυσμῶν οὐκ ἀποκρύπτεται*, murmurationum *susurratio* non in obscuro manet. Confer quae ad h. l. notavit *I. M. Faber super libro Sapientiae* P. II. S. I. p. 7. sequ. *Aelian. V. H.* II, 13. 1 Macc. IX, 39. *θροῦς καὶ ἀποσκευὴ πολλή*, *turba* et apparatus multus. *Hesych.* *θροῦς, θόρυβος, φθόγγος, ψόφος, ἡ τεθραυσμένη φωνή.* Idem paulo post: *θροῦς, ὁ διὰ στόματος ἦχος, λαλιά, ψιθυρισμός.* *Lexic. Cyrilli MS. Brem.* *θροῦς, ἄσημος λαλιά, θόρυβος.*

**ΘΡΥΛΕ'Ω*. Vox haec omissa a *Bielio* legitur apud *Aquilam* et *Symmachum*, qui Prov. II, 15. pro נְלוֹזִים, *perversi*, habet *θρυλοῦσιν*, ubi loco *θρυλοῦσιν* fortasse reponendum est *θρυλλοῦσιν*, ut legerint נִלְוָצִים, a לִיץ. Sed fortasse illud *θρυλλοῦσιν* potius ad יְגִילוּ v. 14. referendum est.

**ΘΡΥΛΛΕ'Ω**, *turbo*, *divulgo*, *iacto*. נָלוֹז, part. Niph. a לוז, *perversus*. *Symmach.* Prov. II, 15. θρυλλοῦσιν. Confer supra s. θρυλέω. 3 Maccab. III, 6. ἡ ἐν πᾶσι θρυλλουμένη εὐπραξία, ubique *celebrata* probitas Iudaeorum. Ibid. v. 7. *Polyb.* VI, 4, 6. λόγος τεθρύλληται πολὺς ὑπὲρ τούτου. *Hesych.* θρυλλεῖ, ταράσσει, ὀχλεῖ.

**ΘΡΥ'ΛΛΗΜΑ**, *fabula*, *rumor*, *quod vulgi rumoribus iactatur*. מִלָּה, *dictio*, *sermo*. Iob. XXX, 9. ἐμὲ (εἰς) θρύλλημα ἔχουσιν, me pro *fabula* habent. - מְשֹׁל, infin. *parabola uti*. Iob. XVII, 6. ἔθου δέ με (εἰς) θρύλλημα ἐν ἔθνεσι, posuisti me gentibus in *fabulam*. Conf. *Olearii nott. in Philostrat.* ex *Bocharto* p. 953.

**ΘΡΥ'ΠΤΟΜΑΙ**, *comminuor*. הִתְמַלֵּל, Hithp. a מָלַל, *in spicas abeo*, *irritum fio*, *concidor*, *incisionem patior*. (Cf. *Schultensii Origg. hebr.* lib. I. c. 5.) *Symm.* Psalm. LVII, 8. θρυπτόμενα.

**ΘΥΑΙ'**, plural. *sacrifici*, *haruspices*, *qui ex victimis dissectis divinant*, quos Graeci solent ἡπατοσκόπους appellare. Vide in v. θύτης.

**ΘΥ'ΑΣΟΣ**, vel potius θίασος, *coetus convivantium*, *collecta multitudo*. בֵּית מַרְזֵחַ, *domus curatoris funebris*. Ier. XVI, 4. Vide θίασος.

**ΘΥΓΑ'ΤΗΡ**, *filia*. בֵּן, *filius*. Gen. XLVI, 7. Ezech. XVI, 27. Sc. בֵּן per synecdochen notat *liberos* in genere, sive *filii* sint, sive *filiae*. - בַּת, in plur. בָּנוֹת. Ies. XXXVII, 22. θυγάτηρ Σιὼν, filia Sion, et θυγάτηρ Ἱερουσαλὴμ, filia Hierosolymae, h. e. *incolae montis Sion et Hierosolymae*. Ier. L, 39. θυγατέρες Σειρήνων filiae Sirenum, h. e. *progenies* Sirenum. Iud. I, 27. 28. et alibi θυγατέρες sunt *oppida minora et pagi*. Sic et θυγάτηρ τῆς μητροπόλεως in Ancyrana Inscriptione occurrit apud *Montf.* in *Palaeogr. Graec.* p. 160. Cf. *Elsner.* Obs. ad Gal. IV, 26. p. 193. Zach. II, 12. θυγάτηρ Βαβυλῶνος, *regio* s. *territorium* Babylonis, cui urbs Babel tanquam mater dominatur. Thren. II, 18. θυγάτηρ ὀφθαλμῶν σου, *pupilla* oculorum tuorum. Sic κόρη Graecis alias et *filiam* et *pupillam* denotat. Ezech. XVI, 44. nbi pro καθὼς ἡ μήτηρ, καὶ ἡ θυγάτηρ τῆς μητρός σου, legendum est: καθὼς ἡ μήτηρ καὶ ἡ θυγάτηρ, θυγάτηρ τῆς μητρός σου. Sic enim habet textus hebraicus. - *לִבָּה. Ez. XVI, 29. τί διαθῶ τὰς θυγατέρας σου. Pro לִבָּתֵךְ, *cor tuum*, legerunt בְּנֹתַיִךְ, omisso ל. Vide ad h. l. *Montfauconum*. *Semlerus* coniicit, legendum esse καρδίαν. - נָשִׁים, plur. *foeminae*. 2 Paral. XXI, 17. Sir. XXII, 3. θυγάτηρ, *filia*, scil. *indisciplinata et fatua*. Sap. IX, 7. θυγατέρες θεοῦ, *Israeliticae uxores*. Interdum omittitur, v. c. Tob. III, 17. ἡ τοῦ Ῥαγουὴλ, sc. θυγάτηρ. Sir. XXVI, 25. θυγάτηρ i. q. γυνὴ esse videtur. Vide quoque s. v. ἀδελφός.

*ΘΥΓΑΤΗΡ ΤΡΥΦΩΝ, *filia deliciarum.* בַּתַּעֲנוּגִים, *in deliciis. Aqu.* Cant. VII, 6. Legit divisim בַּת עֲנוּגִים. Vide supra s. v. ἀγαπητός.

ΘΥΕΙΑ, sive ΘΥΙΑ, *mortarium.* מְדֹכָה, idem. Num. XI, 8. ἔτριβον ἐν τῇ θυείᾳ.

ΘΥΕΛΛΑ, *procella.* עֲרָפֶל, *caligo.* Deut. IV, 11. V, 22. *Hesychius:* θύελλα, ἀνέμου συστροφὴ καὶ ὁρμὴ ἢ καταιγίς.

ΘΥΙΝΑ, sc. ξύλα, *ligna thyina*, quae *Grotius* et *Salmasius* de *lignis citreis* exposuerunt. Conf. *Bielii Exercit. de lignis ex Libano ad templum aedificandum petit.* §. 53. אַלְמֻגִּים, *pinus. Symm.* 1 Reg. X, 11. *Vulg. thyina.*

ΘΥΙΣΚΗ, *thuribulum*, *mortariolum*, *acerra.* *יָעִים, *scopae. Inc.* Ier. LII, 18. ubi vid. *Montfauc.* -כַּף, *acerra.* Exod. XXV, 29. XXXVII, 16. Num. VII, 14. et alibi saepius. - מַחְתָּה, *thuribulum.* 1 Reg. VII, 50. 1 Maccab. I, 23. ubi θυΐσκην de instrumentis sacrificiorum et oblationum interpretatus est *Syrus*, ut sit a θύω, *sacrifico. Iosephus A. I.* XII, 5, 4. habet θυσιαστήρια, h. e. *sacraria.* Vid. *Michaelis* ad Macc. l. l. 3 Esdr. II, 13. ubi respondet Esdr. I, 9. hebr. מַחֲלָפִים, *vasa libatoria minora. Gloss. Brem.* θυΐσκην, θυμιάματος σκεῦος.

ΘΥΛΑΚΙΟΝ, *loculus*, *sacculus*, *folliculus.* חָרִט, *loculus.* 2 Reg. V, 23. Vide et Tob. IX, 5.

ΘΥΛΑΚΟΣ, *saccus fere scorteus*, *in quo conditur farina*, vel *panis*, vel *omnino annona.* Vide *Hemsterhusium* ad *Aristoph. Plut.* 763. *אַמְתַּחַת, *saccus. Aqu.* Gen. XLII, 27. - חָרִט, *loculus. Al.* 2 Reg. V, 23. - שַׂק, *saccus. Aqu.* Gen. XLII, 27.

*ΘΥΛΑΞ, i. q. θύλακος. חֹמֶר, *chomer*, *mensurae magnae species*, it. *coacervatio*, *acervus. Symm.* Hos. III, 2. θύλακος κριθῶν καὶ ἀσκοῦ οἴνου. In reliquis *Symmachi* ib. est θύλακος κριθῶν, ut e cod. *Barber.* edidit *Montfauc.* post *Waltonum. Hieronymus* tamen ait, *Symmach.* vertisse κόρου. Alterum videtur sumtum e priore versione *Symmachi:* e posteriore alterum.

ΘΥΜΑ, *sacrificium*, *victima.* זָבַח, *offero*, *sacrifico.* 2 Sam. VI, 13. ubi loco וַיִּזְבַּח legisse mihi videntur זֶבַח, quod a voce וַיְהִי initio commatis pendere putarunt, ac recte, ut opinor. Davidem enim in ipsa processione bovem saginatum immolasse non vero simile est, immo boves saginati pompam solemnem sequebantur, cuius rei exemplum in Actis habemus. - זֶבַח, *sacrificium.* Ex. XXXIV, 25. 2 Par. VII, 4. Prov. XVII, 1. - טֶבַח, *mactatio.* Gen. XLIII, 16. Θύματα non tantum esse *victimas*, sed omnino *pecudes*, *quae mactantur*, cum glossa *Hesychii* docet, qui habet: θύματα, σφάγια, tum usus verbi θύειν, quod et in N. T. (v. c. Matth.

XXII, 4.) *mactare* notat. Prov. IX, 2. – טִבְחָה, *mactatio, victima.* 1 Sam. XXV, 11. *Hesychius:* θῦμα, ἱερεῖον, σφάγιον, ὁλοκαύτημα. Idem: θύματα, σφάγια, ἀπαρχαὶ, ἱερεῖα, ὄργια.

***ΘΥΜΕΌΜΑΙ**, *irascor.* חָרָה, idem. Exod. XXXII, 11. θυμῇ sec. *Compl.* ubi reliqui libri θυμοῖ habent.

**ΘΥΜΗΔΗ'Σ**, *animo gratus, optatus*, in compar. θυμηδέστερος, *animo delectabilior*, a θυμὸν ἥδω, *animum oblecto.* Sap. III, 14. κλῆρος θυμηδέστερος. *Suidas:* θυμηδέστερον, ἡδύτερον. Vox θυμηδέω legitur apud *Heliodor. Aethiop* lib. X. p. 458, 2. et θυμηδία, *hilaritas*, apud *Alciphr.* I, 12. et alibi.

**ΘΥ'ΜΗΜΑ**, *cogitatio.* יֵצֶר מַחֲשָׁבוֹת, *figmentum cogitationum.* 1 Par. XXVIII, 9.

**ΘΥΜΗ'ΡΗΣ**, *animo conveniens, gratus, iucundus*, in compar. θυμηρέστερος, *animo placentior.* *Al.* Sap. III, 14. θυμηρέστερος. Ita quoque *Clemens Alex. Strom.* lib. VI. pag. 797. Sed *Grabius* contra auctoritatem cod. *Alex.* excudi iussit θυμηδέστερος. *Gloss. MS. in Sap.* θυμηρέστερον, ἡδύτερον, εὐγνωστότατον. Vide quoque *Küsterum* ad *Suidam* s. h. v.

**ΘΥΜΊΑΜΑ**, *suffitus, odoramentum.* *אֲהָלוֹת, *aloe.* *Symm.* Cant. IV, 14. – בֶּשֶׂם, *aroma.* Ex. XXV, 6. XXXV, 8. Ies. XXXIX, 2. – בֶּתֶר, *sectio.* *Theod.* Cant. II, 17. Num legit בֶּשֶׂם, coll. IV, 14.? quod tamen paulo longius recedit a recepta lectione. – זֶבַח, *victima* 1 Sam. II, 31. III, 14. 2 Reg. X, 26. *Theodot.* Ierem. XXXIII, 18. – מֻקְטָר, part. Hoph. Mal. I, 11. Non legerunt מֻקְטָר, *suffumigatum*, aut *adolendo consumtum*, sed מִקְטָר, quod melius esse videtur. – נְכֹאת, plur. *aromata.* Gen. XXXVII, 24. XLIII, 11. ubi pro θυμίαμά τε reponendum est θυμιάματα, quoniam et vox hebr. est numeri pluralis, et aliae omnes versiones in plur. habent *aromata.* – סַמִּים, plur. idem. Ex. XXV, 6. XXXV, 16. 26. et alibi aliquoties. – קִטֵּר, nomen. Ier. XLIV, 21. – קְטֹרָה. Deut. XXXIII, 10. – קְטֹרֶת. Exod. XXX, 1. 7. 8. Lev. IV, 7. et alibi saepius. – מִקְטַר קְטֹרֶת. Ex. XXX, 1.

***ΘΥΜΊΑΣΜΑ**, i. q. θυμίαμα, *suffitus, suffimentum ex aromatibus, incensum thus.* זֶבַח, *victima.* Exod. XXIII, 18. θυμιάσματος sec. cod. *Alex.* et *Inc.* apud *Montf.* ubi reliqui libri θυμιάματος habent.

**ΘΥΜΙΑΤΉΡΙΟΝ**, *suffimentum*, it. *thuribulum, altare incensi.* מִזְבֵּחַ, *altare.* *Inc.* Exod. XL, 5. *Aqu. Theod.* Ierem. LII, 17. – מַחְתָּה, *thuribulum.* *Incert.* Lev. X, 1. – מִקְטֶרֶת, *suffimentum.* 2 Par. XXVI, 19. Ezech. VIII, 11.

**ΘΥΜΙΆΩ**, et θυμιάζω, *adoleo, suffitum facio.* הָפִיחַ, Hiph. a פּוּחַ, *efflo.* *Symm.* Prov. XXIX, 8. ἐθυμίασαν. Mihi admodum suspecta est haec lectio, quanquam ab *inflandi* ac *sufflandi* notione, quam habent נָפַח ac פּוּחַ, excusationem habet. Coniicio legendum esse ἐθύμωσαν, *ad iram concita-*

*runt*, quod seriei orationis est convenientius. LXX voce *ἐκκαίειν* usi sunt. - זָבַח, *sacrifico*. 1 Reg. III, 2. - מְקֻטֶּרֶת, *suffita*. Cant. III, 6. *τεθυμιαμένη*. Legerunt מְקֻטֶּרֶת, part. Hoph. a קָטַר - קִטֵּר: הִקְטִיר, Pih. et Hiph. Exod. XXX, 7. 1 Sam. II, 17. 2 Par. XXVI, 16. et alibi saepius. Adde *Aqu.* et *Symm.* 1 Reg. XI, 8. - קִטֵּר et עָבַד iunctim, *adoleo atque servio*. Ier. XLIV, 3. 1 Maccab. IV, 50. ubi *Syrus* aut tribuit voci *θυμιᾶν* notionem *sacrificandi*, aut pro *ἐθυμίασαν* legit *ἐθυσίασαν*, coll. II, 23.

ΘΥΜΟ'Σ, *animus*, *spiritus*, it. *excandescentia*, *furor*, it. *venenum*, *virus*. אַף, *ira.*, Genes. XXVII, 44. *ἕως τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν καὶ τὴν ὀργὴν*, usquedum avertat *excandescentiam* et iram. Genes. XLIX, 6. *ἐν τῷ θυμῷ αὐτῶν ἀπέκτειναν ἀνθρώπους*, in *excandescentia* sua occiderunt homines. Exod. XXXII, 12. *παῦσαι τῆς ὀργῆς τοῦ θυμοῦ σου*, compesce iram *excandescentiae* tuae. Num. XXII, 12. *ὠργίσθη θυμῷ ὁ θεὸς*, admodum irascebatur Deus. Vide et Num. XXV, 3. XXXII, 10. 13. Deut. VI, 15. VII, 4. Deut. XXIX, 23. *ἐν θυμῷ καὶ ὀργῇ αὐτοῦ*, in excandescentia et ira sua. Vide et v. 28. Ier. XXXVI, 7. *μέγας ὁ θυμὸς καὶ ἡ ὀργὴ κυρίου*, magna est excandescentia et ira Domini. Vide et Ezech. V, 13. Dan. IX, 16. Sic et Graeci profani *θυμὸν* et *ὀργὴν* solent coniungere. Vid. *Elsner.* ad Rom. II, 8. p. 14. et auctt. citt. *Wolfio* ad eundem locum p. 40. 1 Sam. XX, 33. *ἐν ὀργῇ θυμοῦ*, ira excandescentiae, ira vehementi. Vide et 2 Paral. XXV, 10. XXVIII, 11. XXIX, 10. Esdr. X, 4. Ies. XXX, 27. *καιόμενος θυμὸς*, excandescentia ardens. Conf. Ies. LXV, 10. - Vox *θυμοῦ*, quae Prov. XXX, 33. *Aquilae* in *Hexaplis* ad אַף tribuitur, ibique admodum inepte posita exstat, rectius refertur ad sequens אַפַּיִם. Potest tamen ibi voci *θυμὸς* notio *impetus ac vehementiae* subiici. Certe *Vulgatus* habet: *qui vehementer emungit*. Iob. XXXVI, 13. *θυμὸν τάσσειν* non significat *irasci*, sed *provocare iram*, ut *Vulgatus* recte transtulit. - גְּעָרָה, *increpatio*. Ies. LI, 20. - זַעַף, *indignatio*. Ies. XXX, 30. - *חֱמָא, hebr. Dan. XI, 44. Legerunt חֵמָה, aut voci hebr. notionem chald. subiecerunt. - חֱמָא, chald. Dan. III, 19. *ἐπλήσθη θυμοῦ*. Conf. Luc. IV, 28. - חֵמָה, *excandescentia et virus*. Deut. XXXII, 24. *μετὰ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ τῆς γῆς*, cum *veneno* (serpentum) repentium in terra. Ibid. v. 33. *θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν*, *virus* draconum vinum eorum. Vide et Ps. LVII, 4. ac conf. Sap. XVI, 5. et notata infra in h. v. post hebr. ראשׁ. 2 Reg. XXII, 17. *ἐκκαυθήσεται ὁ θυμός μου ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ*, exardescet excandescentia mea in hunc locum. Vide et 2 Par. XXXIV, 21. 25. Ierem. IV, 4. Prov. XV, 15. *θυμὸς βασιλέως ἄγγελος θανάτου*, excandescentia regis nuncius mortis. Similiter *Homerus*: *θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέων βασιλήων*. Ies. LI, 17.

*τὸ ποτήριον τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ*, poculum excandescentiae ipsius. Vide et v. 22. Ier. VII, 19. *ὀργὴ καὶ θυμὸς*, ira et excandescentia. – חֳרִי, *aestus.* Deut. XXIX, 24. *ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς.* – חֳרִי אַף, *aestus irae.* Exod. XI, 8. – חָרוֹן, *aestus.* Num. XXXII, 14. *ἐπὶ τὸν θυμὸν τῆς ὀργῆς κυρίου.* Vide et Deut. XIII, 15. Ios. VII, 26. 1 Sam. XXVIII, 18. 2 Par. XXX, 8. et conf. Apoc. XVI, 19. *Suidas: θυμὸς ὀργῆς. ὁ μὲν γὰρ θυμὸς ὀξὺς καὶ ὀλιγοχρόνιος· ἡ δὲ ὀργὴ βραδυτέρα μὲν, μονιμωτέρα δέ. θυμὸν τοίνυν ὀργῆς τὴν ἐπίμονον ἐκάλεσε τιμωρίαν.* – חֲרוֹן אַף, *aestus irae.* Ies. XIII, 13. – כֹּחַ, *vis*, *robur.* Iob. XXIV, 22. Sermo ibi est de ira Dei efficacissima. – כַּעַס, *indignatio.* Ps. VI, 7. ubi *θυμὸς* non est *furor Dei*, sed *aegritudo animi, moeror*, qui animi affectus affinis est irae. Ps. IX, 36. *Aqu.* et LXX Cohel. II, 23. ubi *θυμὸς* est *aerumna. Vulgat. in aerumnis.* Ibid. V, 16. VII, 4. 10. – *מִלְחָמָה, *bellum.* Zachar. X, 4. Legisse videntur מֵחֵמָה, h. e. *ab ira et furore*, abiecto Lamed. – מַטֶּה, *virga.* Ies. X, 26. ubi *θυμὸς* effectum irae, h. e. poenam per metonymiam notat. – נַהַם, *rugitus.* Prov. XX, 2. Scil. rugitus leonis est index furoris ac irae. *Schol.* ibi habet *βρυγμοῦ.* – נַחַת, *descensus.* Ies. XXX, 30. Non male quoad sensum. – נַס, chald. *ira*, vel potius verbum chald. בְּנַס, *irascor.* Dan. II, 12. – נְשָׁמָה, *halitus*, *flatus*, *ventus.* Ies. XXX, 33. *Halitus* si Deo in SS. tribuitur, haud raro divinam *iram* et *vindictam* notat, v. c. Iob. IV, 9. Psalm. XVIII, 16. – עֶבְרָה, *excandescentia.* Ps. LXXVII, 54. *θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλίψιν.* Conf. Rom. II, 8. 9. Ies. IX, 19. *διὰ θυμὸν ὀργῆς κυρίου.* Vide et Ies. XIII, 13. – פֶּה, *os.* 2 Reg. XXIV, 3. Significat ibi פֶּה, *decretum, quod Deus iratus protulit.* – *פַּחַת, *fovea.* Thren. III, 47. ubi pro *θυμὸς* sine dubio reponendum est *βόθυνος.* – קוֹל, *vox.* Iob. XXXVII, 2. Vide supra s. v. פֶּה. – קִנְאָה, *zelus.* Ez. XXXVI, 5. – קָצַף, *effervesco.* Levit. X, 6. – קֶצֶף, *fervor.* Num. XVIII, 5. 2 Paral. XXIX, 8. Ies. LIV, 8. *ἐν θυμῷ μικρῷ. Vulgat. in momento indignationis.* Scil. ex praecedenti versu id repetiisse videntur. – רֹאשׁ, *venenum.* Deut. XXXII, 33. *θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος, venenum* aspidum insanabile. Iob. XX, 16. Amos. VI, 12. – רָגַז, *contremisco.* Ies. XXVIII, 21. – רֹגֶז, *commotio.* Ies. XIV, 3. – *רְגַז, chald. idem. Dan. III, 13. – רוּחַ, *spiritus.* Iob. XV, 13. Prov. XVIII, 14. ubi רוּחַ de *irae impetu* interpretati sunt inepte, quanquam negari nequit, רוּחַ interdum *irae* notionem habere. Zachar. VI, 8. – – תַּרְעֵלָה, *horror.* Ies. LI, 17. 2 Macc. VII, 21. *ἄρσενι θυμῷ*, masculo *animo.* Sirac. XXVI, 35. *θυμὸς, tristitia, aegritudo animi*, coll. XXX, 25. ubi cum *λύπη* v. 24. permutatur. Sap. VII, 20. *θυμοὶ θηρίων, naturalis indoles* animalium eorumque *virtutes. Theognid.* v. 367. *ἀνθρώπων δ' εὖ οἶσθα νόον καὶ θυμὸν ἑκάστου.* Sir. X, 18. *ὀργὴ θυμοῦ.* 2 Macc. XIII, 4. *ἐξήγειρε*

τὸν θυμὸν τοῦ Ἀντιόχου, quod 3 Esdr. II, 8. ita dicitur: ἔγειρε τὸ πνεῦμα. Hesych. θυμός, ψυχή, ἡ προαίρεσις, ὀξύτης, πνεῦμα, ἐπιθυμία, ὀργή, λογισμός.

*ΜΕΤΑ' ΘΥΜΟΥ˜ ῞ΗΚΩ*, *cum furore venio.* נָסַס, *vexillum erigo.* Ies. LIX, 19. Libere verterunt. Sermo enim ibi est de hoste irruente, adversus quem Iova vexillum erecturus sit.

*ΘΥΜΟ'Σ 'ΟΡΓΗ˜Σ* et *'ΟΡΓΗ˜Σ ΘΥΜΟ'Σ*, *furor s. excandescentia irae.* רֹגֶז, *commotio. Theod.* et LXX Iob. III, 17. - תְּנוּאָה, *ruptura.* Num. XIV, 34. *Vulg. ultionem.* Forte ex coniectura, sed contra linguarum usum. Confer Apoc. XVI, 19.

*'ΟΡΓΗ' ΤΟΥ˜ ΘΥΜΟΥ˜*, *ira excandescentiae.* לָשׁוֹן, *lingua.* Ies. XXX, 27. Vide supra s. פֶּה. לָשׁוֹן h. l. *minas* notat.

*ΠΛΗ˜ΘΟΣ ΤΟΥ˜ ΘΥΜΟΥ˜*, *magnitudo furoris.* הָמוֹן, *multitudo*, it. *fremitus.* Ies. XXXI, 4.

*ΠΝΕΥ˜ΜΑ ΘΥΜΟΥ˜*, *spiritus furoris.* יוֹם קָדִים, *dies Euri.* Ies. XXVII, 8. Eurus de omni re perniciosa, qualis Eurus s. ventus orientalis est, adhibetur. Conf. *Glassii Phil. S.* p. 1066. seq. - מִלְחָמָה, *bellum.* Zach. X, 4. Vide supra s. v. θυμός.

*ΘΥΜΟ'Σ 'ΟΡΓΗ˜Σ 'ΑΚΑΤΑ'ΣΧΕΤΟΣ*, *furor irae, qui coerceri nequit.* זִמָּה, *scelerata cogitatio.* Iob. XXXI, 11.

*ΘΥΜΟ'Ω*, *ad iram concito*, et in pass. θυμόομαι, *excandesco, ira exardeo, indignor, furo*, et metaph. *valde commoveor.* אָנַף, *irascor. Aqu.* Ps. LIX, 1. - *בַּיָּם, *in mari.* Ierem. XLIX, 23. ἐθυμώθησαν. *Cappello in nott. critt.* ad h. l. p. 556. videntur בָּם legisse. Ex mea sententia בַּיָּם prorsus non expresserunt, et ἐθυμώθησαν ad דְאָגָה referendum est. - דְּאָגָה, *anxietas.* Ierem. XLIX, 22. - הִתְאַנֵּף, Hithp. Deut. I, 37. ἐμοὶ ἐθυμώθη κύριος, ira exarsit in me Dominus. Vide et Deut. IV, 21. IX, 8. 20. 2 Reg. XVII, 18. - *הִתְמַרְמַר, chald. quod *Theodot.* ἐξαγριοῦσθαι vertit, Dan. VIII, 7. sec. cod. *Chis.* - זָעַם, *indignor.* Dan. XI, 30. - זָעַף, idem. 2 Par. XXVI, 19. - חֵמָה, *excandescentia.* Hos. VII, 5. θυμοῦσθαι ἐξ οἴνου, *furere* ex vino. Legerunt aliis vocalibus subiectis חִמַּת, aut חֻמַּת, a יָחַם, *irasci. Theodot.* 2 Sam. XXIV, 1. - חָרָה, *exardeo.* Ex. IV, 14. θυμωθεὶς ὀργῇ, ira exardens. Vide et Ex. XXXII, 9. Num. XI, 1. Ios. VII, 1. et alibi saepius. Adde *Theod.* Iob. XLII, 7. ex quo loco apparet, θυμοῦσθαι vocabulis iram s. indignationem significantibus additum per *excandescere* aut *effervescere* vertendum esse. - חָרָה אַף, *exardeo ira.* Gen. XLIV, 18. μὴ θυμωθῇς σῷ παιδί σου, ne ira exardeas in servum tuum. Num. XI, 33. κύριος ἐθυμώθη σφόδρα ἐπὶ τὸν λαόν, dominus ira exardebat valde in populum. Vide et Num. XXIV, 10. - *יַחַד, *simul.* Hos. XI, 7. Legerunt יֶחֱרֶה pro יַחַד, a rad. חָרָה, *excandescere.* - כָּעַס, *indignor.*

Hos. XII, 14. ἐθύμωσεν Ἐφραῒμ, *ad indignationem excitabat* Ephraim, ubi θυμοῦν est i. q. παροργίζειν, quod statim sequitur. – מָאַס, *sperno*. 2 Reg. XVII, 20. Sensum expresserunt. Nam repudiatio erat effectus irae divinae. – מָרַט, *expolio*. Ez. XXI, 9. ῥομφαία, ὀξύνου καὶ θυμώθητι. Pro θυμώθητι *Cappellus* in *notis critt.* ad h. l. coniicit legendum esse ἑτοιμώθητι, *sis paratus*. Etenim mox v. sequ. מֹרָטָה reddunt iidem ἑτοίμη, ut et v. 11., et quidem bis, ἔδωκε αὐτὴν ἑτοίμην. Sed *Bielius* monuit, graecum non esse ἑτοιμοῦσθαι, unde fieri deberet ἑτοιμώθητι, sed ἑτοιμάζεσθαι dicere Graecos, a quo themate fieret ἑτοιμάσθητι. Et v. 28. ibid. in Cod. *Alex.* legitur: ῥομφαία, ῥομφαία, ἑτοιμάζου ἐσπασμένη. Vide *L. Bos. Proleg.* in LXX Intt. c. 3. Mihi θυμοῦσθαι vernaculo *wüthen* respondere videtur, quod etiam de gladio quandoque adhibetur. – *נָחַם, in Niph. *poenitet me*. Genes. VI, 7. sec. cod. *Alex.* et *Coton.* ἐθυμώθην, quae vox in *Hexaplis Incerto* tribuitur, ac ex ἐνεθυμήθην orta esse videtur. – קָצַף, *effervesco*. Lev. X, 16. 2 Reg. V, 11. *Theodot.* 1 Sam. XXIX, 4. – קָצַר רוּחַ, *angustatur spiritus*. Iob. XXI, 4. θυμωθήσομαι. Bene quoad sensum. – רָגַן, *contremisco*. Ies. XIII, 13. ὁ γὰρ οὐρανὸς θυμωθήσεται, (In Cod. *Biörnstähl.* legitur σαλευθήσεται, quod merum glossema esse videtur.) coelum enim commovebitur, metaphora desumta ab homine ira valde perturbato. *Theod.* habet: οὐρανὸν θυμώσω, coelum ad iram concitabo, h. e. *commovebo, turbabo*. Adde Ies. XXXVII, 29. Sir. XX, 1. ubi θυμοῦσθαι est *irasci occulte*, aut *alere indignationem*.

ΘΥΜΟ'ΟΜΑΙ ΣΦΟ'ΔΡΑ, *valde excandesco*. נִמְלָא חֵמָה, *impleor excandescentia*. Esther. III, 5. V, 9. Conf. Matth. II, 16.

ΘΥΜΩ'ΔΗΣ, *iracundus, furiosus*. *אַל, *non*. Prov. XXXI, 4. θυμώδεις εἰσί. Sc. pro אַל priori legerunt אַף, *impetus et vis est in regibus*. Vide ad h. l. *Iaegerum*. – אַף, *ira*. Prov. XXII, 14. XXIX, 22. – הִרְגִּיעַ, Hiph. *momentum transigo*. *Ino.* Prov. XII, 20. θυμώδης. Legit מַרְגִּיעַ, et respexit notionem *commovendi*, de qua videndus *Simonis Lex. hebr.* p. 1493. – חֵמָה, *excandescentia*. Prov. XV, 19. – מַרְוֶה, part. Hiph. a רָוָה, *irrigans*. Prov. XI, 25. ubi θυμώδης originem referre videtur ad מָרוּחַ, aut potius מַר רוּחַ. *Semlerus* mavult legere μέθυσος, quod apud *Symmachum* reperitur. Adde Sirac. VIII, 20. XXVIII, 8.

ΘΥ'ΡΑ, *ianua, ostium, porta*. דַּל, per apocopen ex דֶּלֶת. Psalm. CXL, 3. Vide tamen *Michaelis Suppl.* p. 443. – דֶּלֶת. Ps. LXXVII, 27. θύρας οὐρανοῦ ἀνέῳξε, ianuas coeli aperuit. *Suidas* ex *Theodoreto* ad h. l. θύραι οὐρανοῦ, ἡ ἄνωθεν χορηγία, μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ταμιείων. Zach. XI, 1. διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, aperi, o Libane, *ostia* tua. *Al.* 1 Sam. XXI, 13. ἐπὶ τὰς θύρας τῆς πύλης, ad *valvas*

portae. – חַלּוֹן, *fenestra. Incert.* Genes. VIII, 6. τὴν θύραν. *Scharfenbergio* ad h. l. haec versio, si sana est lectio, tribuenda videtur *Theodotioni*, qui VI, 16. צֹהַר, cui h. l. respondet חַלּוֹן, vertit θύραν. Idem tamen in sequ. e Cat. *Niceph.* et *Hieron. Quaest.* ad h. l. docere conatus est, hanc versionem potius vitiosam lectionem Codd. quorundam Vers. Alex. esse. θύριον de *fenestra* legitur apud *Alciphr.* I, 23. III, 30. – *כַּף, *manubrium. Inc.* Cant. V, 5. ubi non χεῖρας reponendum est pro θύρας, ut nonnulli (v. c. *Semlerus*) voluerunt, sed כַּף praeter notionem *manus* habet etiam hanc, ut *omne quod incurvatum est* significet, speciatim *manubrium*, *quo ianuae aperiuntur. Vulgat. pessulum ostii mei.* – *מָבוֹא, *introitus*, h. l. *locus introitus*, *ianua*, *porta. Syrus* Ierem. XXXVIII, 14. – מִפְתָּח, *fenestra.* 1 Reg. VII, 5. – *מִכְסֶה, *operimentum.* LXX sec. cod. *Coton.* Gen. VIII, 13. ubi alii libri habent στέγην. – סַף, *pelvis*, it. *limen.* Exod. XII, 22. 2 Reg. XII, 13. ubi *Grotio* loco θύραι legendum videtur θυΐαι, h. e. *thuribula.* – פִּתּוּחַ, *sculptura.* Ps. LXXIII, 3. Legerunt פְּתָחֶיהָ, a פֶּתַח. – פֶּתַח. Gen. VI, 16. XVIII, 1. 2. 10. Prov. V, 8. μὴ ἐγγίσῃς πρὸς θύραις οἴκων αὐτῆς: quae verba mihi ita restituenda esse videntur: μὴ ἐ. προθύροις ο. α. quam lectionem, sed vitiose scriptam προθύραις, in margine notavit *Breitingerus. Symm.* Hos. II, 15. εἰς θύραν ἐλπίδος, *causam salutis*, coll. Act. XIV, 27. – *צֹהַר. *Theod.* Gen. VI, 16. – שַׁעַר, porta. Exod. XXXV, 17. XL, 30. Iob. V, 4. et alibi. – חֲרַע, chald. Dan. III, 27. Sirac. XXI, 23. ἀπὸ θύρας, *per rimas ostii aut fenestrae*, h. e. rustice et curiose prospiciet in domum. *Vulg. fenestram* habet. 2 Macc. I, 16.

ΘΥΡΕΟ'Σ, *scutum.* כִּידוֹן, *lancea. Symm.* Iob. XLI, 21. θυρεοῦ. – מָגֵן. 2 Sam. I, 21. 2 Reg. XIX, 32. Cant. IV, 4. – עֲגָלָה, *plaustrum.* Ps. XLV, 9. θυρεούς, sensu eodem. Praeterea עגל *omne* notat, *quod est in rotundum convolutum et inflexum*, ut adeo fortasse inde voci עֲגָלָה *scuti* notionem subiecerint. – *צִנּוֹת, *spinae*, *hami*, a צֵן. *Aqu.* Amos. IV, 2. Deduxit a צִנָּה, quod *omne* notat, *quod corpus protegit*, speciatim *clypeum* et *hastam.* – צִנָּה. 1 Sam. XVII, 42. 1 Par. XII, 8. 34. 2 Paral. IX, 15. et alibi. – צִנָּה וּמָגֵן, iunctim. Ez. XXIII, 24. – שְׁלָטִים, plur. 2 Paral. XXIII, 9.

ΘΥΡΕΟΦΟ'ΡΟΣ, *scutifer*, *scutatus.* נֹשֵׂא צִנָּה, *ferens scutum.* 1 Par. XII, 24.

*ΘΥΡΕΟ'Ω, *scuto protego*, i. q. ὑπερμάχομαι καθάπερ ὅπλον. גָּנוֹן, *protegendo. Aqu.* Ies. XXXI, 5. θυρεῶν. Sic quoque apud auct. *vers. Venetae* Prov. IV, 9. pro θυρώσει σοι, quod hebr. תְּמַגְּנֶךָּ respondet, θυρεώσει σοι reponendum est.

ΘΥΡΙ'Σ, *fenestra*, q. d. *ostiolum.* אֲרֻבָּה, *cataracta*, *columbarium*, uti vulgo vertunt, vel potius *foramen*, *fenestra.* Ies. XXIV, 18. *Symm. Theod.* Ies. LX, 8. *Aqu. Symm.*

Genes. VII, 11. – חַלּוֹן, *magna parietis apertura, fenestra.* Genes. VIII, 6. ubi tamen pro θυρίδα, quod habent nostra exempla emendatiora, *Hieron. Quaest.* ad h. l. θύραν, *ianuam*, legisse videtur. Ibid. XXVI, 8. διὰ τῆς θυρίδος, per *fenestram.* Vide et Ier. XXXII, 14. Ioel. II, 9. et conf. Act. XX, 9. Ez. XL, 17. θυρίδες κρυπταὶ, *fenestrae occultae.* Conf. κρυπτός. – כַּו, chald. *foramen in pariete, fenestra.* Dan. VI, 10. – צֹהַר, *tectum. Theod.* Gen. VI, 16. Deduxit a צָהַר, *splenduit.* – שֶׁלַח, *missile. Al.* Ioel. II, 8. διὰ τῶν θυρίδων, teste *L. Bosio.* Sed verba haec e commate sequente huc migrarunt, ac pertinent ad בְּעַד הַחַלּוֹנִים, *per fenestras.*

*κατάξω*. Sed melior est lectio codd., quos *Nobilius* dicit habere *καὶ τάξω*, quae quoque reperitur in *Vers. Arab.* et *Cod. Syr Hexaplari.* Vide quoque supra s. v. נָתַן. - שָׁפַת, *dispono.* Ps. XXI, 6. - שִׁשֵּׁה, Pih. q. d. *sexto*, h. e. *sextuplici unco extraho*, aut *sextam partem relinquo. Al.* sec. ed. *Compl.* Ezech. XXXIX, 2. *κατάξω*. *Lud. de Dieu* in *Critica sacra* ad h. l vocem hebr. illustrat e lingua Aethiopica, in qua ששׁ est *ambulare*, *obire*, et in Coniugatione trausitiva *quaquaversum ducere et seducere.* Hinc *Vulgatus: seducam te.* Sir. XXII, 20. *ὁ νύσσων ὀφθαλμὸν κατάξει δάκρυα*, ubi *κατάγειν* est *elicere*, quasi *deducere*, coll. XXXVIII, 16. ubi *κατάγειν δάκρυα* est *effundere lacrymas.*

*ΚΑΤΑΔΑΜΑ'ΖΩ, domo, perdomo,* etiam sensu venereo *subigo.* חָרַשׁ, *aro.* Iud. XIV, 18. *εἰ μὴ κατεδαμάσατέ μου τὴν δάμαλιν*, nisi domuissetis meam vitulam. Vide Lutt. ad h. l.

**ΚΑΤΑΔΑΠΑΝΑ'Ω, consumo, impendo, sumtus facio.* Drac. v. 21. *κατεδαπάνουν τὰ ἐπὶ τῆς τραπέζης* sec. *Complut.* Reliqui libri habent *ἐδαπάνων*.

*ΚΑΤΑΔΑΠΑΝΑ'ΟΜΑΙ, consumor.* Sap. V, 14. *ἐν δὲ τῇ κακίᾳ ἡμῶν κατεδαπανήθημεν*, in malitia nostra *consumti sumus*, h. e. *pereundum nobis fuit.*

*ΚΑΤΑΔΕΕ'ΣΤΕΡΟΣ ΕΙ'ΜΙ', inferior sum,* נָפַל, *cado.* *Symm.* Iob. XIII, 2. nunc inferior sum vestri, nempe sapientia ac prudentia: unde LXX non male transtulerunt *ἀσυνετώτερος*. *Theoph. Char. prooem.* 3. *Aeschin. c. Ctesiph.* pag. 434. T. II.

*ΚΑΤΑΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, ostendo, demonstro, doceo, creo, auctor sum, invenio.* אָב, *pater*, it. *auctor.* Gen. IV, 20. *οὗτος ἦν ὁ καταδείξας* (ubi non legerunt בָּרָא, ut nonnulli iudicarunt) *ψαλτήριον καὶ κιθάραν*, hic *invenit* psalterium et citharam. Eodem sensu verbum apud alios scriptores occurrit. *Herodotus* lib. I. c. 171. *καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι, Κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες*, *etenim galeas cristis alligare Cares invenerunt*, et lib. I. cap. 163. *οἱ δὲ Φωκαιέες οὗτοι ναυτιλίῃσι μακρῇσι πρῶτοι Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, καὶ τόν τε Ἀδρίην καὶ τὴν Τυρσηνίην οὗτοί εἰσι οἱ καταδέξαντες.* *Diodor. Sic.* lib. I. p. 18. de Iside et Mercurio: *τούτους δὲ καὶ τελετὰς καταδεῖξαι, καὶ πολλὰ μυστικῶς εἰσηγήσασθαι.* - בָּרָא, *creo.* Ies. XL, 26. *τίς κατέδειξε ταῦτα πάντα;* quis *creavit (primus monstravit, invenit)* haec omnia? Secundum *Michaelis* in B. O. T. IX. p. 173. legerunt בָּדָא per Daleth, ar. بدا, *incipere excogitare.* Vide supra s. v. *δείκνυμι.* Ibid. XLI, 20. XLIII, 15. *ὁ καταδείξας ἰσραὴλ βασιλέα ὑμῶν* (lege *αὐτῶν*), qui *constitui* Israeli regem. In hac enim notione putarunt vocem בָּרָא h. l. accipiendam esse, ita ut coniungeretur cum sequentibus. - יָצַר,

*formo.* Ies. XLV, 18. *Θεὸς, ὁ καταδείξας τὴν γῆν*, Deus, qui terram *creavit.*

*ΚΑΤΑΔΕΌΜΑΙ*, *deprecor*, *rogo*, *precor.* הִתְחַנֵּן Hithp. *gratiam peto.* Gen. XLII, 21. *ὅτε κατεδέετο ἡμῶν*, cum nos *precaretur.* – חָלָה, *aegroto.* Ies. LVII, 10. *οὐ κατεδεήθης μου*, non me *precatus es.* Legerunt חִלִּיתָ in Pihel, ubi notat *enixe rogare ac deprecari.* Conf. *Simonis* p. 556. *Aquila* quoque h. l. voce *λιτανεύειν* usus est.

*ΚΑΤΑΔΕ'ΡΜΗ*, *cutis*, *pellis capitis.* 2 Maccab. VII, 7. *τὸ τῆς καταδέρμης*: ubi alii habent *κεφαλῆς δέρμα.*

*ΚΑΤΑΔΕΣΜΕΥ'Ω*, *ligo*, *alligo*, *obligo*, *adstringo.* Sir. VII, 9. *μὴ καταδεσμεύσῃς δὶς ἁμαρτίαν*, *ne alliges bis peccatum*, h. e. *iteres peccatum.* Nam *καταδεσμεύειν ἁμαρτίαν* notat simpliciter *peccare*, *peccata committere*, quia metaphorice *allegari ea* dicuntur, *quibus studemus et operam damus.* Exempla habet *Glassius Philol. S.* p. 1191. sequ. ed. *Dathii. Lindius* ad h. l. animadvertit, *καταδεσμεύειν* esse *obligare*, quod saepius dicitur de vulneribus, *obligare peccata* vero esse *indulgere peccatis*, *malum animum demulcere*, quod deinde, quod ad sensum attinet, est *saepius peccare.* Sed haec interpretatio mihi nimis contorta esse videtur. Caeterum pro *καταδεσμεύσῃς* alii libri ibi habent: *δεσμεύσῃς.* Vide supra s. v. *δεσμεύω.* Sirac. XXX, 7. *καταδεσμεύσει τραύματα αὐτοῦ*, *obligabit* vulnera eius.

*ΚΑΤΑΔΕΣΜΟΣ*, *ligamen*, *ligamentum.* חָבַשׁ, Pih. *ligor.* Ies. I, 6. *καταδέσμους.*

*ΚΑΤΑΔΕ'ΧΟΜΑΙ*, *capio*, *suscipio*, *recipio*, *admitto.* הָבִין, Hiph. a בִּין, *intellego.* Deut. XXXII, 29. *ταῦτα καταδεξάσθωσαν εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον*, haec *capiant* in tempus futurum. – נָדִיב, *voluntarius.* Exod. XXX, 5. *ὁ καταδεχόμενος ἐν τῇ καρδίᾳ*, *suscipiens in corde*, h. e., ut bene transtulit *Vulgatus*, *voluntarius et prono animo.*

*ΚΑΤΑΔΕ'Ω*, *ligo*, *obligo*, *alligo.* הִתְחַפֵּשׂ, Hithp. *dissimulo me.* 1 Reg. XX, 38. *κατεδήσατο ἐν τελαμῶνι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ*: ubi vel ad sensum respexerunt, ut et *Chald.* Paraphr., qui habet וּכְרִיךְ, *et involvit*, *obvolvit*, vel acceperunt pro יִתְחַבֵּשׁ, sive decepti similitudine affinium literarum, sive quod existimarint, idem cum eo esse per transmutationem literarum homogenearum. – חָבַשׁ, *ligo.* Ezech. XXX, 21. *ἰδοὺ οὐ κατεδήθη τοῦ δοθῆναι ἴασιν.* Sed mendum ibi est ac legendum *κατεδέθη*, ut plerique codd. habent. Ib. XXXIV, 4. 16. – עָמַס, *onero.* Ies. XLVI, 1. Sermo ibi est de iumentis, quibus onera portanda alligantur. – צָמִיד, *copulatus.* Num. XIX, 15. *πᾶν σκεῦος, ὅσα οὐχὶ δεσμῷ καταδέδεται ἐπ' αὐτῷ*, omnia vasa, quaecunque vinculo in se non *colligata sunt.* – *שָׂכַם. Iob. XVI, 7. ubi tamen verba *Symmachi*, *κατέδησάς με ἀδιαλείπτως ἐν ζυγῷ*, minime cum *Montfauconio* ad finem v. 7.,

sed cum *Drusio* ad commatis octavi initium referenda sunt, ubi legitur וְהִקְמַשְׂנִי לְעֵד הָיָה, ita ut pro לְעֵד *Symmachus* legerit לְעֵר. Sir. XXVII, 21. *τραῦμα καταδῆσαι, obligare* vulnus. Confer Luc. X, 34. Sir. XXVIII, 27. *τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον σου κατάδησον*, argentum et aurum tuum *alliga*. Confer *δεσμὸς* et *ἔνδεσμος*.

*ΚΑΤΑΔΙΑΙΡΕ'Ω, divido.* חִלֵּק, Pih. Ioel. III, 2. *τὴν γῆν μου κατεδιείλοντο*, terram meam *inter se dividebant. Hesych. κατεδιείλοντο, κατεμερίσαντο.* Ita et in *Gloss. MSS.* in *Prophetas*, nisi quod ibi vitiose legatur *κατεδιήλαντο*. – חָצַב, *caedo, incido*, v. c. arbores, ligna, lapides. *Symm.* Ps. XXVIII, 7. *καταδιαιροῦντος.* Sermo ibi est de Deo, qui nubes caedendo eiicit vel suscitat fulgura. – פַּלַּג, Pih. *divido.* Ps. LIV, 9. *καταδίελε τὰς γλώσσας αὐτῶν, divide linguas eorum*, h. e. *scinde eorum consilia*, s. *discordes eos redde.* – פַּסַּג, Pih. *extollo.* Ps. XLVII, 12. *καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς*, dividite, h. e. *numerate* turres eius. *Symmachus* ibi habet: *διαμετρήσατε. Suidas: καταδιέλεσθε, μερίσατε.* Habet vox hebr. hanc significationem in l. chald., unde et h. l. פַּסְּגוּ haud pauci intt. vertunt *divisim considerate. Vulg. distribuite domos. Hieron. separate palatia eius. Syrus* transtulit *eradicate*, h. e. *periculum facite, an evertere possitis palatia.* פְּסַג in l. *Syr.* et *Chald.* פסק *destruere, perdere* notant.

*ΚΑΤΑΔΙΚΑ'ΖΩ, condemno, reum facio.* הִרְשִׁיעַ, Hiph. a רָשַׁע, idem. Iob. XXXIV, 29. Psalm. XCIII, 21. *Symm.* Iob. IX, 29. – חִיֵּב, Pih. *reum facio. Theod.* Dan. I, 10. *καταδικάσητε τὴν κεφαλήν μου τῷ βασιλεῖ, reum faciatis caput meum regi*, h. e. *me in vitae periculum iniiceretis apud regem. Inc.* seu Scholion ibi habet *καταδικασθῆναι ποιεῖν.* Eleganter LXX *κινδυνεύσω τῷ ἰδίῳ τραχήλῳ.* – עִוֵּת, Pih. *perverto.* Thren. III, 36. *Causam aliorum pervertere est condemnare insontem.* – רָשָׁע, *improbus*, it. *reus.* Ps. CVIII, 6. *Vulgat. condemnatus.* Sic רָשָׁע quoque Num. XXXV, 31. et in lingua *Aethiopica* adhibetur, observante *Lud. de Dieu* ad h. l. Adde Sap. II, 20. XI, 11. et XII, 15.

*ΚΑΤΑΔΙ'ΚΗ, res iudicata, condemnatio, mulcta.* Sap. XII, 27 *τὸ τέρμα τῆς καταδίκης. Hesychius: καταδίκη, κατάκρισις.*

*ΚΑΤΑΔΙΩ'ΚΩ, persequor, sequor, insequor, omni studio sector.* הִבְהִיל, Hiph. *perturbo, festinare facio.* 2 Paral. XXVI, 20. – הָלַךְ, *eo.* 1 Sam. XXX, 22. *οὐ κατεδίωξαν μεθ' ἡμῶν*, non *secuti sunt* (sc. Davidem) nobiscum. Hic *καταδιώκειν* idem est quod *πορεύεσθαι ὀπίσω Δαυὶδ, sequi Davidem.* Conf. Marc. I, 36. ubi *κατεδίωξαν* eodem sensu legitur. – דָּבַק, *adhaereo.* 1 Par. X, 2. *κατεδίωξαν οἱ ἀλλόφυλοι ὀπίσω Σαοὺλ, persequebantur* alienigenae Saulum. – דָּלַק, *fervide insector.* Gen. XXXI, 36. *κατεδίωξας ὀπίσω μου, fervide me*

*insectatus es.* - דָּפַק, *pulso.* Gen. XXXIII, 13. ubi *καταδιώκειν nimium agere* notat, i. q. nos *übertreiben.* Eandem notionem habet quoque hic vox hebraica. - *דֶּרֶךְ, *via.* Thren. III, 11. *κατεδίωξεν*, ubi pro דְּרָכַי, *vias meas*, legerunt רֹדְפַי, ex sententia scil. *Cappelli.* Sed mihi potius דרך legisse videntur, nam درك est *persequi* usitate. - *הִשִּׂיג, Hiph. a נָשַׂג, *apprehendo.* 1 Paral. XXI, 12. sec. ed. *Complut.* - יָצָא, *exeo.* Ios. VIII, 17. 1 Sam. XXIV, 15. sec. ed. *Complut.* - נִמְרָץ, Niph. *vehemens sum.* Mich. II, 11. *κατεδιώχθητε, οὐδενὸς διώκοντος*, *fugistis*, nemine vos persequente. Ita reddiderunt, quia vox hebr. *vim*, *vehementiam* ac *violentiam* notat, quasi sensus esset: *vis facta est vobis.* - סֹרֵר, Pih. a סוּר, *averto.* Thren. III, 11. Ita *Bielius Trommium* temere secutus. Nam τῷ סרר respondent ibi *ἀφεστηκότα.* Vide supra s. v. דֶּרֶךְ. - רָדַף, *persequor.* Ps. XXII, 18. *κράτιστον καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξει με*, optimum et misericordia tua *subsequentur* me. Psalm. XXXVII, 2. *κατεδίωκον δικαιοσύνην*, *studiose sectabar* bonum. Eodem sensu verbum simplex *διώκω* passim legitur. Vide supra in h. v. - רוּץ, *curro.* Ioel. II, 14. - שָׁפַט, *iudico.* Ps. CVIII, 30. Sumitur h. l. *καταδιώκειν* sensu forensi. Conf. *Lexic. N. T.* s. v. *διώκω.* Praeterea legitur Iud. VIII, 16. sec. ed. *Compl.* *κατεδίωξεν αὐτοὺς ἐν ἀκάνθαις*, ubi nihil pro eo in textu hebr. reperitur. Si lectio *κατεδίωξεν* sana est, vox haec in universum notabit: *omni studio aliquid facere*, ut sensus sit: *studiose s. acriter eos flagellavit spinis.* Suspicor tamen, legendum esse *κατηλόησε*, a *καταλοάω*, quae vox apud *Athen. Deipn.* lib. XII. p. 451, 1. *Lucian. Icarom.* pag. 732. D. et *Demosthenem* occurrit. Sir. XXVII, 17. *οὐ μὴ καταδιώξῃς ὀπίσω αὐτοῦ*, *non assequeris eum*, *s. fugiet te*, *quare frustra eum persequeris.*

*ΚΑΤΑΔΟΛΕΣΧΈΩ*, *meditor.* שָׁחַח, *incurvo me.* Thren. III, 20. *καταδολεσχήσει ἐπ' ἐμὲ ἡ ψυχή μου*, *meditabitur* intra me anima mea. Scilicet cum *Chaldaeo* expresserunt lectionem textualem תָּשִׂיחַ, *commentatur*, s. *orat*, coll. Gen. XXIV, 63. ubi שׂוּחַ vertunt *ἀδολεσχῆσαι.* Sed *Massorethas* in margine monent, legendum esse תָּשׁוֹחַ, quod deducendum est a verbo שׁוּחַ, aut שָׁחַח, *incurvari*, *deprimi.* Alias *καταδολεσχέω* notat: *nugari*, *deblaterare adversus aliquem.*

**ΚΑΤΑΔΟΥΛΕΎΩ*, *in servitutem redigo*, *subiugo.* רָדָה, *dominor.* *Symm.* Lev. XXVI, 17. *καταδουλεύσοντας ὑμᾶς.* Ita certa *Montfauconius* edi iussit, graece exprimens latina verba *Isychii.* *δ. in servitutem redigent vos.* - עָבַר, *servio.* *Inc.* Ierem. XXV, 14. *Symm.* Ierem. XXVII, 7. ubi pro *καταδουλεύσονται αὐτὸν*, *subiicient eum servituti*, sine dubio reponendum est: *καταδουλεύσονται αὐτῷ*, ut cum textu hebr. conveniat.

*ΚΑΤΑΔΟΥΛΟ'Ω*, *in servitutem adigo*, *servire facio*. עָבַר: הֶעֱבִיר, Kal et Hiph. *servio*, *servire facio*. Exod. I, 14. *κατὰ πάντα τὰ ἔργα*, *ὧν κατεδουλοῦντο αὐτοὺς*, omnibus operibus, quibus *servire illos sibi faciebant*. Vide et Exod. VI, 5. Lev. XXV, 46. ubi עָבַר notat *tanquam servis uti*. Ezech. XXIX, 18. *κατεδουλώσατο τὴν δύναμιν αὐτοῦ δουλείαν* (pro *κατὰ δουλείαν*) *μεγάλην*, servire sibi fecit exercitum suum servitute magna. Conf. 1 Maccab. VIII, 18. *Al.* Lev. XXV, 46. *αὐτοὺς καταδουλώσεσθε*, *illos servire vobis facietis*. Ierem. XVII, 4. *καταδουλώσω σε τοῖς ἐχθροῖς σου*, servire te faciam servis tuis. Vide et Ierem. XV, 14. et conf. 2 Cor. XI, 20. *Symm. Theod.* Ies. XLIII, 23. - *הֶעֱבִיר, Hiph. *transire facio*. Gen. XLVII, 21. et Ier. XV, 14. In utroque loco legerunt per Daleth הֶעֱבִיד. Adde 1 Macc. X, 10. 18.

*ΚΑΤΑΔΡΟΜΗ'*, *incursio*, speciatim *hostilis incursio*. 2 Macc. V, 5. *Hesych.* *καταδρομὴ*, *ἁρπαγή*.

*ΚΑΤΑΔΥΝΑΣΤΕΙ'Α*, *violenta oppressio*. סִבְלָה, *onus*. Exod. VI, 7. - עָשׁוּק, part. Pah. *oppressus*. Amos. III, 9. - עֹשֶׁק, *oppressio*. Ier. VI, 6. Ez. XXII, 12.

*ΚΑΤΑΔΥΝΑΣΤΕΥ'Ω*, *vi opprimo*, *sub potestatem redigo*, *ad servitutem cogo*, *in servitutem redigo*. בָּקַע, *perrumpo*, *irrumpo*. 2 Paral. XXI, 17. - גָּבַר, *validus sum*. *Symm.* Ps. LXIV, 4. *κατεδυνάστευσάν μου*, *tyrannide* me *oppresserunt*. Sic Iac. II, 6. *οἱ πλούσιοι καταδυναστεύουσιν ὑμῶν*, divites *per potentiam et tyrannidem opprimunt* vos. - הִכְתִּיר, Hiph. *cingo*. *Al.* Hab. I, 4. *καταδυναστεύει*. Legit מַכְבִּיר, nam כַּבִּיר est *validus*, *fortis*, *potens*, *multus*. - הֶעֱבִיד, Hiph. *servire facio*. Exod. I, 13. *κατεδυνάστευον οἱ Αἰγύπτιοι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ βίᾳ*, Aegyptii *vi cogebant*. filios Israel *ad serviendum*. - הִשְׁבִּית, Hiph. *cessare facio*. Amos. VIII, 4. *καταδυναστεύοντες πτωχοὺς ἀπὸ τῆς γῆς*. Bene quoad sensum. Nonnulli arbitrantur, eos וְכֹבְשִׁים legisse, parum probabiliter. *Arabs* vertit: *vim infertis*. - הִתְגַּבֵּר, Hithp. *invalesco*. *Symm.* et LXX Iob. XXXVI, 9. - הִתְעַמֵּר, Hithp. *pro servo usus sum*, *dominum me facio*. Deut. XXIV, 7. - *זָר, *alienus*, *hostis*. *Symm. Theod.* et LXX Ies. XXIX, 5. *καταδυναστεύων*. - *יָכֹל, *possum*, *valeo*. 1 Sam. XVII, 9. sec. ed. *Compl.* - יָנָה: הוֹנָה, Kal et Hiph. Ezech. XVIII, 12. *πτωχὸν καὶ πένητα κατεδυνάστευσε*, pauperem et egenum oppressit. Vide et Ezech. XXII, 7. 29. et conf. Sap. II, 10. Ezech. XLVI, 19. *τοῦ καταδυναστεῦσαι αὐτοὺς ἐκ τῆς κατασχέσεως*, ut *vi* possessione illos *eiiciat*. - כָּבַשׁ, *subigo*. 2 Sam. VIII, 12. Nehem. V, 5. *καταδυναστεύομεν τοὺς υἱοὺς ἡμῶν*, *καὶ εἰσὶν ἀπὸ θυγατέρων ἡμῶν* (sc. *τινὲς*) *καταδυναστευόμεναι*, filios nostros *in servitutem tradimus*, et quaedam filiarum nostrarum sunt *in servitutem redactae*. - נָשָׂא, *tollo*. Mich. II, 2. *οἴκους κατεδυνάστευον*.

Legerunt יִכְבְּשׁוּ, ut καταδυναστεύειν h. l. sit *absoluto iure dominii sibi aliquid vindicare.* - עָרִיץ, *tyrannus.* Ies. XXIX, 5. - עָרַץ. *Symm.* Iob. XIII, 25. καταδυναστεύεις, *potentiam* tuam *exseris. Vulgat. ostendis potentiam tuam.* Conf. *Simonis Lex. hebr.* pag. 1252. - עָשַׁק, *violentus, iniurius sum, violenter ago.* 1 Sam. XII, 3. Ier. VII, 5. Ezech. XXII, 29. Amos. IV, 1. - רָצַץ, *confringo.* 1 Sam. XII, 4. *Symm.* Iud. X, 8. κατεδυνάστευσαν. Sed ex sententia *Scharfenbergii* ad h. l. haec interpretatio *Symmachi* forte revocanda est ad verbum antecedens וַיִּרְעֲצוּ, *et vi oppresserunt*, coll. Iob. XIII, 25.

*ΚΑΤΑΔΥΝΩ*, et *ΚΑΤΑΔΥΩ*, *penitus subeo, descendo, abscondo, supprimo, demergo.* הִשְׁבִּית, Hiph. *cessare facio.* Ez. XXVI, 13. καταδύσει τὸ πλῆθος τῶν μουσικῶν σου, sc. ὀργάνων, *supprimet* multitudinem instrumentorum tuorum musicorum. - טָבַע, *immergor.* Ierem. XXXVIII, 22. Vide quae ad h. l. notata sunt s. v. καταλύω. - יָרַד, *descendo.* Exod. XV, 5. κατέδυσαν εἰς βυθὸν ὡσεὶ λίθος, *descenderunt* in profundum, tanquam lapis. Ps. CXVIII, 136. sec. *Ald.* et *Compl.* διεξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου, ductus aquarum *subierunt* oculi mei, h. e., ut apud *Suidam* v. διεξόδους verba exponuntur: κρουνηδὸν ἐφέροντο τὰ δάκρυα, *ubertim fusae sunt lacrymae.* Sed magna ibi est lectionis diversitas: nam pro κατέδυσαν alii libri habent κατέβησαν, alii κατεβίβασαν. Vide ad h. l. *L. Bosium. Symmachus* ibi sec. *Origenem* T. II. p. 815. ed. *Paris.* διαιρέσεις ὑδάτων κατέδυναν οἱ ὀφθαλμοί μου, quae verba omissa sunt in *Hexaplis Montfauconii.* - כָּבַשׁ, *subigo.* Mich. VII, 19. καταδύσει τὰς ἀνομίας ἡμῶν, *abscondet* peccata nostra. - נִסְתַּר, Niph. *abscondor.* Amos. IX, 3. ἐὰν καταδύωσιν ἐξ ὀφθαλμῶν μου εἰς τὰ βάθη, si *descendant* ex oculis meis in profundum, ut scil. ibi lateant. - שָׁקַע, *submergor.* Ierem. LI, 64. iuxta ed. *Rom.* οὕτω καταδύσεται Βαβυλὼν, ita *submergetur* Babylon.

*ΚΑΤΑΔΥΣΙΣ*, *descensus, demersio,* it. *spelunca, latibulum.* חֶלֶד, *orbis. Aqu.* Ps. XVI, 4. Scilicet חלד notat pr. *perfodere, transfodere*, etiam *abscondere.* Syr. ܚܠܕ, *subiit terram.* Conf. *Michaelis Supplem.* p. 762. et *Simonis Lexic. Hebr.* pag. 554. sequ. *Hieronymus: in profundo. Aqu.* Psalm. XXXVIII, 6. ubi *vesperam* s. *occidentem* notat. Bene vitae nostrae pars postrema non dies integer, sed diei pars extrema et obscurior existimanda est. *Aqu. Symm.* Ps. XLVIII, 1. ubi sec. *Agellium* κατάδυσις non *occidentem* notat, ut *Hieronymus* interpretatus est, sed *cavernam, latebram:* nam חלד *mustelam* notat, *quae bellua in cavernis habitat*, quasi terra, quam incolimus, caverna quaedam sit et belluarum latibulum. *Flamin. Nobilius* per κ. intellegit *civitates et pagos et domos, in quas καταδύνουσι*, i. e. *subeunt et se tegunt ii, qui in ipsis*

*habitant. Symmach.* Psalm. LXVIII, 3. καταδύσεις. Confer *Fulleri Misc. Sacr.* lib. III. c. 14. – מִפְלֶצֶת, *horrendum idolum.* 1 Reg. XV, 13. Legerunt fortasse מְצִלּוֹת, *loca profunda*, aut intellexerunt *loca, ubi ad idola colenda conveniebant*, quae καταδύσεις vocarunt, *quod eo descenderent, tanquam in lustra.* – מְצוּלוֹת, *loca profunda et abscondita. Symm.* Ps. LXVIII, 3. ubi καταδύσεις *voragines* notat. *Hesych.* καταδύσεις, οἱ λάθριοι τόποι καὶ βαθεῖς. *Suidas:* καταδύσεις, φωλεοὺς, ὑπονόμους, σπήλαια. Adde *Athen.* XI. pag. 477. D. ubi *speluncam* notat. *Lucian. ver. hist.* lib. I. p. 387. A. τῆς ἐς τὸ κῦτος καταδύσεως.

*ΚΑΤÁΔΥΤΟΝ, occasus, ubi sol occidit.* חֶלֶד, *aevum, orbis. Al.* Psalm. XLVIII, 1. Vide supra s. v. κατάδυσις. – מְצִלּוֹת, *loca profunda. Quint. Ed.* Ps. LXXVII, 7. ἐν καταδύτοις. Vide s. v. κατάδυσις.

*ΚΑΤΑΘΑΡΣΕ'Ω, confido.* נִסְמַךְ, Niph. *innitor.* 2 Par. XXXII, 8. κατεθάρσησεν ὁ λαὸς ἐπὶ τοῖς λόγοις, *confidebat* populus verbis. Eandem significationem habet quoque, ut lat. *inniti*, vox hebraica.

**ΚΑΤΑΘΙ'ΓΩ*, et contr. *Καθίγω, attingo.* Vide supra s. v. καθίγω.

*ΚΑΤΑΘΛÁΩ, confringo.* רָמַס, *conculco.* Ies. LXIII, 3. – רֶצַח, *occisio.* Ps. XLI, 14. ἐν τῷ καταθλᾶσθαι τὰ ὀστᾶ μου, ubi aut libere verterunt, aut significationem petierunt ex arab. رضح, *confregit, comminuit.*

**ΚΑΤΑΘΛΙ'ΒΩ, comprimo, opprimo.* Sirac. XIII, 4. καταθλίψει σε sec. *Compl.* ubi tamen rectius legi videtur καταλείψει σε, quod alii libri habent.

*ΚΑΤΑΘΥ'ΜΙΟΣ, animo gratus, placens. ΚΑΤΑΘΥ'ΜΙΟΝ, quod est secundum animum, desiderium animi.* הַוָּה, *aerumna.* Mich. VII, 3. καταθύμιον τῆς ψυχῆς: ubi non pro הַוָּה legerunt אַוָּה, a rad. אָוָה, *desiderare*, ut nonnulli opinati sunt, sed respexerunt ad Arabismum, ubi هوى est *animi desiderium* tam bonum quam malum, ut multis docuit *Schultensius Op. min.* p. 213. sequ. *Suidas:* καταθύμιον, κατὰ ψυχὴν, εὐάρεστον. – חָמוּד, *desiderabile.* Ies. XLIV, 9. ποιοῦντες τὰ καταθύμια αὐτοῦ, facientes ea, *quae animo suo grata sunt.* – נְדִיבָה, *foem. spontanea*, h. e. *anima. Symm.* Iob. XXX, 15. τὰ καταθύμιά μου, quae verba *Montf.* perperam retulit ad יְשֻׁעָתִי. – *עַל־לֵב, *super cor. Symm.* sec. cod. *Mosqu.* Genes. XXXIV, 3. καταθύμια. Conf. *Eichhornii Repertorium bibl. et or. literat.* Vol. IV. p. 270. LXX κατὰ τὴν διάνοιαν. *Aqu.* ἐπὶ καρδίαν. עַל־לֵב de eo dicitur, *quod gratum est alteri et placet*, v. c. Ies. XL, 2. *Symm.* καταθύμιον. Vid. *Spanhem.* ad *Callim. Pallad.* 33.

*ΚΑΤΑΙΓΙ'ΖΟΜΑΙ*, *tumultuor*, *impetuosus sum*. Dicitur de vento aut procella ingruente, aut cum impetu delabente. נִשְׂעַר Niph. (שׂ pro ס), idem. *Theod.* et *VIIma* Psalm. XLIX, 3.

**ΚΑΤΑΙΓΙ'ΖΩ*, *cum impetu irruo*, *ingruo*, de vento. סֹעֲרָה part. foem. *Symm.* Ez. I, 4. *πνεῦμα καταιγίζον.*

*ΚΑΤΑΙΓΙ'Σ*, *procella*, *tempestas*, *aquarum fluctuatio.* הֶבֶל, *vanitas*. Ies. LVII, 13. Respexerunt fortasse notionem *properandi*, quam habet הָבַל in l. arabica, unde הֶבֶל *halitum*, *vaporem* notat. - וַלְעָפָה. *Inc.* et LXX Ps. X, 7. Thren. V, 10. - מִשְׁבָּר, *fluctus*. *Symm.* Ps. XLI, 10. *καταιγίδες*, et Ps. LXXXVII, 7. *καταιγίσι.* - נִשְׂעַר Niph. (שׂ pro ס), *procellosus sum*. Ps. XLIX, 4. ubi tamen pro *καταιγὶς* fortasse legendum est *καταιγισθῃ.* - סוּפָה, *turbo*. Prov. I, 27. XVII, 13. Ier. IV, 13. Adde *Theod.* Iob. XXXVII, 9. - סַעַר. Ps. LIV, 8. LXXXII, 14. - סְעָרָה, *procella*, *turbo*. Ps. CVI, 25. 29. Ies. XL, 24. XLI, 16. *Symm.* Ps. CVI, 29. - רַעַם, *tonitru*. Ps. LXXX, 6. - שִׁבֹּלֶת, *fluxus*. Ps. LXVIII, 3. 19. - *שׁוֹאָה, *tempestas*. *Inc.* Ezech. XXXVIII, 9. - *שׁוֹט, *flagellum*. Ies. XXVIII, 15. Derivarunt a שׁוּט, *effuso impetu decurrere*, etiam *fundere*, in l. *aethiopica*. Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 600. - שְׂעָרָה, *turbo*. *Symm.* Iob. IX, 17. Sir. XVI, 22. *καταιγὶς* est *vehementior venti impetus in mari potius quam in terra*, coll. XXXIII, 2. *Vulg. procella*, quod eandem vim habet, ita dicta ab eo, quod omnia procellat, i. e. moveat et concutiat. Bene h. l. cum ea comparatur ira et vindicta divina, quam in impios detonat ac fulminat. *Hes.* *καταιγὶς, ἐπιφορὰ ἀνέμου σφοδροῦ, καὶ ἡ τῶν ὑδάτων ζάλη.* Id. *ἐπαιγίζοντα, σφοδρότερον πνέοντα ἄνεμον, καταιγίδες γὰρ αἱ τῶν ἀνέμων ἐπιβολαί.*

*ΚΑΤΑΙΓΙ'Σ ΦΕΡΟΜΕ'ΝΗ*, *procella valde agitata.* סוּפָה וּסְעָרָה, iunctim. Ies. XXIX, 6. - שׁוֹט שֹׁטֵף, *flagellum exundans*. Ies. XXVIII, 15. 18.

**ΚΑΤΑΙΔΕ'Ω*, *pudore perfundo*. 4 Macc. III, 12. *καταιδεσθέντες τὴν ἐπιθυμίαν*, regis cupiditate *moti*. *Zonaras Lex.* col. 1175. *καταιδέσῃ, ἀξίους αἰδοῦς παρασκευάσῃ*, ubi vid. *Tittmannus*. *Photius Lex.* col. 102. *καταιδεῖ, καταισχύνει.*

**ΚΑΤΑΙΚΙ'ΖΩ*, i. q. *αἰκίζω*, *supplicio afficio*, *crucio*. 4 Macc. I, 11. *καταικισαμένων*, carnificibus. Sed alii libri habent ibi *αἰκισαμένων*. Ib. VI, 3. VII, 2.

*ΚΑΤΑΙΣΧΥΜΜΟ'Σ*, *pudor*. בֹּשֶׁת, idem. *Symm.* Psalm. XLIII, 16. - כְּלִמּוּת, *ignominia*. *Symm.* Mich. II, 6.

*ΚΑΤΑΙΣΧΥ'ΝΩ*, *pudore afficio*, *tanquam pudendum reiicio*, *dedecoro*. *אֵשׁ, *ignis*. Ezech. XXIII, 13. ubi בָּאֵשׁ, *in igne*, acceperunt, ac si esset בָּאַשׁ, a rad. בּוּשׁ, *pudore suffundi*. - בּוֹשׁ et in Hiph. הֵבִישׁ vel הוֹבִישׁ. 2 Sam. XIX,

5. 2 Reg. XIX, 26. Ps. XIII, 7. Postremo loco ita: βουλὴν πτωχοῦ κατῃσχύνατε, consilium pauperum *tanquam pudendum reiecistis. Vulg. confudistis. Symm. Theod.* Prov. XVII, 2. υἱοῦ καταισχύνοντος, filii *pudendi.* Ita Sir. XXII, 4. θυγάτηρ καταισχύνουσα filia *pudenda* dicitur. *Symm.* Ps. LII, 6. καταισχυνθήσῃ, *pudore afficieris*, ubi הֵבִישׁ intransitive accepit. – בֹּשֶׁת, *pudor.* Jerem. XVII, 18. – הֶחִישׁ Hiph. a חוּשׁ, *festino.* Ies. XXVIII, 16. οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Non legerunt יָבִישׁ, sed arab. حاش notat *erubuit.* Conf. *Pocock. notae miscell.* p. 11. ed. *Oxon. Wolfium* ad Rom. IX, 33. p. 204. et *Breitingerum Proleg. in LXX Intt.* T. II. cap. 1. Prop. 7. §. 27. – נִכְלַם: הִכְלִים Hiph. et Niph. Ruth. II, 15. συλλεγέτω, καὶ μὴ καταισχύνητε αὐτήν, *colligat, neque a vobis contumeliose prohibeatur.* Iud. XVIII, 7. ubi duae versiones coaluerunt, nisi quis verba ἢ καταισχύνων pro mero glossemate habere velit. Sensus est: nemo eis *adversabatur*, seu: *eos perturbabat*, aut, ut *Vulgatus* transtulit: *nullo ei penitus resistente.* Ps. XLIII, 11. et alibi. *Theod.* 1 Sam. XXV, 7. *Symm. Theod.* Iob. XIX, 3. – *הִכְנִיעַ Hiph. *abiectum reddo, humilio. Symm.* 2 Sam. VIII, 1. Scil. pudet fere homines miserae ac abiectae sortis, ad quam sua culpa detrusi sunt. Ergo καταισχύνειν, seu *efficere, ut aliquis pudore suffundatur,* est quoque *miserum reddere, deprimere. Theod.* Ies. XXV, 5. – חָפֵר, *erubesco.* Ps. XXXIII, 5. XXXIV, 5. – טָחַן, *molo.* Ies. III, 14. *Faciem pauperis commolere* tropice pro *exsugere* aut *miseram reddere plebem* notat. Conf. s. v. הִכְנִיעַ. – יָבֵשׁ, *exareo.* Ierem. L, 38. καταισχυνθήσονται. Pro יָבֵשׁוּ, *exarescent,* legerunt יֵבֹשׁוּ, *pudefient.* – נִבְאַשׁ Niph. *foetidus factus sum.* 2 Sam. X, 6. κατῃσχύνθησαν (*Compl.* ᾐσχύνθησαν) ὁ λαὸς Δαυίδ. *Montf.* male transtulit: ignominia affecti erant populus David. Per λαὸν, si lectio sana est, gens Ammonitica intellegenda erit, quae ignominia affecerat legatos Davidis. Ante Δαυὶδ est supplendum ἐν, quae praepositio diserte additur in *Cod. Alex.* Καταισχύνεσθαι autem, ut hebr. נִבְאַשׁ ac lat. *foetere*, est *male audire, in malo apud alios rumore esse, abominabilem, odiosum factum esse.* Fortasse tamen quoque LXX loco κατῃσχύνθησαν scripserant κατῄσχυναν, hoc sensu: cogitabant, se turpiter egisse in Davidem, eumque admodum offendisse et ad iram provocasse. Ibid. XVI, 21. – *נִתְעַב, *abominabilis habitus* seu *visus sum.* 1 Par. XXI, 6. sec. *Compl.* Tob. X, 2. μήποτε κατῄσχυνται, h. e. interprete *Bretschneidero, num fortasse ope, consilio exciderunt?* sc. nanciscendae pecuniae, quam exigere volebant. *Itala Vet. numquid detentus est?* Legit κατέσχηται, quae vera lectio est, nisi respexerit auctor hebr. בּוֹשׁ, quod Iud. VIII, 12. est i. q. בָּלַשׁ. Sir. XXII, 4. ἡ καταισχύνουσα, *quae dedecus et probrum affert*

*sua levitate, dissolutione et stultitia.* Ita 1 Cor. XI, 4. *καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, dedecorat* caput suum. *Bretschneiderus καταισχύνουσα* reddere mavult *stuprata*, ut *αἰσχύνη* Iudith. IX, 2. et *καταισχύνειν* apud *Demosthen.* p. 1125, 12. ed. *Reisk* adhibetur. Sed tunc scribendum fuisset *καταισχυνθεῖσα*. Sir. II, 10. quis fidem unquam habuit Deo, *καὶ κατῃσχύνθη; et spe sua excidit?*

*ΚΑΤΑΚΑΙ'Ω, comburo.* אָכַל, *edo, consumo.* Exod. III, 2. ubi de igne sermo est. – בָּעָה, *bullas excito.* Ies. LXIV, 2. Vox hebr. usurpatur de *igne aquam ebullire faciente.* Fortasse tamen legerunt בָּעַר. – בָּעַר, *ardeo, exardeo.* Exod. III, 3. Ies. I, 31. XLIII, 2. – הִשְׁבִּית Hiph. a שָׁבַת, *cessare facio.* 2 Reg. XXIII, 5. 11. Vtrobique pro *κατέκαυσε* reponendum videtur *κατέπαυσε, cessare fecit,* quam coniecturam tamen iam occupavit *Bochartus Hieroz.* T. I. p. 142. ed. *Rosenm.* – יָצַת, in Hiph. *incendo, accendo.* Ies. XXVII, 5. Ier. XLIX, 2. – יָצַת בָּאֵשׁ, *incendor igne.* Ies. XXXIII, 12. – להט Pih. *inflammo.* Ps. LXXXII, 13. – מַאֲכֹלֶת, *esca.* Ies. IX, 19. Conf. supra s. v. אָכַל. – מִשְׂרָפָה, *combustio.* Ies. XXXIII, 12. – נִכְוָה Niph. Prov. VI, 28. *Theod.* et LXX Ies. XLIII, 2. Vtrobique *κατακαίειν adurere* notat, ut legitur apud *Hippocratem de morb. mulier.* lib. I. sect. 5. p. 167. l. 33. ed. *Foesii.* Vide quoque s. *κατάκαυμα.* – נִצְרַב Niph. *aduror.* Ezech. XX, 47. – *נָתַץ, *frango, diruo, destruo.* Iud. II, 2. sec. cod. *Alex. κατακαύσατε,* ubi pro תְּתֹּצוּן, *diruetis,* sine dubio literis transpositis legerunt תְּצִתּוּן, a יָצַת. Caeterum altaribus ligneis quoque uti solebant, quae comburi poterant. Conf. Ierem. XLIX, 2. – שָׂרַף, *uro, comburo.* Gen. XXXVIII, 24. Exod. XII, 10. Lev. IV, 12. et alibi passim. *Ed. Vta et VIta* Psalm. LXXIII, 8. Adde quoque Ierem. XXXVI, 25. ubi pro *πρὸς τὸ κατακαῦσαι* reponendum est *πρὸς τὸ μὴ κατακαῦσαι.* – שָׂרַף בָּאֵשׁ, *comburo igne.* Ier. XXXVI, 32. XXXVIII, 23. – שְׂרֵפָה, *combustio.* Num. XVI, 37. XIX, 17. Deut. XXIX, 23. Adde 1 Macc. IV, 38. V, 68.

*ΚΑΤΑΚΑ'ΛΥΜΜΑ. operimentum, tegumentum.* מִכְסֶה, idem. Exod. XXVI, 14. Num. IV, 25. ubi *Schol. ἐπίσπαστρον.* – מָסָךְ, idem. Num. III, 31. IV, 26. Exod. XXVI, 37. sec. cod. *Oxon.* ubi reliqui libri *καταπέτασμα* habent. – צַמָּה, *coma, crines. Al.* Ies. XLVII, 2. ubi pro *κατακάλυμμα,* prout hodie legitur, tempore *Hieronymi* simpliciter lectum fuit *κάλυμμα.* Vtrumque autem h. l. intellegendum est de velo, quo mulieres verecundae caput tegebant, quod recte vidit *Arabs.*

**ΚΑΤΑΚΑΛΥΠΤΗ'Ρ,* i. q. *καλυπτήρ, operimentum.* Exod. XXVII, 3. sec. cod. 71. *Holm.* Vide supra s. v. *καλυπτήρ.*

*ΚΑΤΑΚΑΛΥΠΤΩ*, *operio*, *obtego*, *obvelo*. הִתְחַפֵּשׂ Hithp. *dissimulo me*. 2 Par. XVIII, 29. *κατακάλυψόν με καὶ εἰσελεύσομαι*, sec. cod. *Vat*. Sed vitiose ibi legitur *κατακάλυψόν με* pro *κατακαλύψομαι*, ut habet ed. *Compl*. – כָּסָה ,כִּסָּה Kal et Pih. *tego*, *obtego*. Gen. XXXVIII, 15. *κατεκαλύψατο γὰρ τὸ πρόσωπον αὐτῆς*, obvelabat enim faciem suam. Ita 1 Cor. XI, 7. *κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν*, *obvelare* caput suum. Num. IV, 5. *κατακαλύψουσιν ἐν αὐτῷ τὴν κιβωτὸν*, *operient* illo arcam. – נָתַן, *do*. Exod. XXVI, 34. *κατακαλύψεις τῷ καταπετάσματι τὴν κιβωτόν*. Bene quoad sensum. – *סָתַם, *occludo*, *obstruo*, *abscondo*. Dan. XII, 9. sec. cod. *Chis*.

*ΚΑΤΑΚΑΜΠΤΩ*, *incurvo*. כָּפַף transitive, *incurvo*. (coll. Ies. LVIII, 5. Ps. CXLV, 14.) Ps. LVI, 8. – שָׁחַח, *incurvo*. Ps. XXXVII, 6. *Symm*. Ps. XLI, 6. ubi *κατακάμπτεσθαι* sensu metaphorico notat: *deprimi*, *moerore affici*, *tristem esse*. Vide infra s. v. *κατακύπτω*. *Symm*. Ps. XLIII, 26. 4 Macc. XI, 10.

**ΚΑΤΑΚΑΡΟΣ*. חַכְלִילִי, *rubicundus*. *Inc*. Gen. XLIX, 12. Sed reponendum ibi est *καθαροὶ*, ut recte observavit ad h. l. *Montfauconius*. *Holmesius* ad h. l. haecce habet: *κατάκαρος* potest referri ad *κάρος*, *stupor*, (qua tamen voce utitur *Symm*., non *Aquila*, Gen. XI, 11.) et *κατάκορος* ad *κόρος*, *satietas*, eadem analogiae lege, qua *κατάκοπος* ad *κόπος*. *Suidas*: *κατακόρου*, *ἀπλήστου*. Cf. *Polyb*. XXXII, 12, 10.

*ΚΑΤΑΚΑΡΠΟΣ*, *frugifer*, *opulentus*. הוֹד, *gloria*, *decus*. Hos. XIV, 7. *ἐλαία κατάκαρπος*, olea *frugifera*. – פְּרָזוֹת plur. *pagi*, quod *Chaldaei vicatim* transferunt. Zach. II, 4. *κατάκαρπος κατοικήσεται Ἱερουσαλὴμ*, sec. *Ald*. *C*. et *Cyrill*. Sed sine dubio ibi reponendum est *κατακάρπως*, *frugifere* habitabitur Hierosolyma. *Hesych*. *κατάκαρπος*, *πλούσιος*. Caeterum sine dubio LXX legerunt פריות. – רַעֲנָן, *viridis*. Ps. LI, 8.

**ΚΑΤΑΚΑΡΠΩΣ*, *frugifere*, *opulenter*. פְּרָזוֹת, *pagi*. Zach. II, 4. sec. cod. *Vat*. ubi sermo est de *copia* ac *multitudine civium et pecorum*. Inde in *Gloss*. *MSS*. *in Proph*. *κατακάρπως*, *πλουσίοις*, *σὺν εὐμενίᾳ* (lege *εὐμενείᾳ* seu potius *εὐθηνίᾳ*) *πολλῇ*.

*ΚΑΤΑΚΑΡΠΩΣΙΣ*, *cinis ex consumto holocausto in altari remanens*, *s*. *consumtae reliquiae*. דֶּשֶׁן, *cinis*. Lev. VI, 10. 11. *Gloss*. *in Octateuch*. *κατακαρπώσεις*, *ὁλοκαρπώσεις*.

*ΚΑΤΑΚΑΥΜΑ*, *adustio*, *exustio*, *quod adustum* vel *combustum est*. כְּוִיָּה, *adustio*, *combustio*. Exod. XXI, 25. – מִכְוָה, *locus*, vel *pars corporis adusta*. Lev. XIII, 24. 25. 28. – מְשַׁמָּה, *desolatio*. Ier. XLVIII, 34. *εἰς κατάκαυμα ἔσται*, h. e. *aestu solis exsiccabuntur*. – שָׁבַת, *cesso*. Hos. VII, 4

*ὡς κλίβανος κατακαύματος ἀπὸ τῆς φλογός*, ubi tamen pro *κατακαύματος* legendum videtur *καταπαύσει*, vel potius *καταπαύματος*. Vide *Breitingeri Proleg. in LXX Intt.* Tom. III. plag. f. p. 2. Sed *Arabs* quoque ineptam lectionem *κατακαύματος* expressit. – שְׂרֵפָה, *ustio*, *combustio*. Num. XIX, 6.

**ΚΑΤΆΚΑΥΣΙΣ*, *ambustio*, *exustio*, *combustio*. מוֹקְדָה, *focus*, *locus*, *ubi ardet ignis*, metonymice: *materia in foco ardens*. Lev. VI, 9. sec. *Oxon. κατακαύσεως*, ubi reliqui libri *καύσεως* habent.

*ΚΑΤΑΚΑΥΧΆΟΜΑΙ*, *glorior*. הִתְהַלֵּךְ Hithp. *ambulo*. Zach. X, 12. Forte legerunt הִתְהַלֵּל. – הִתְהַלֵּל Hithp. *iacto me*. Ier. L, 38. – עָלַץ, *exulto*. Ier. L, 10.

*ΚΑΤΆΚΕΙΜΑΙ*, *decumbo*, *iaceo*. שָׁכַב, idem. Prov. VI, 9. *Al.* 1 Reg. I, 2. *κατακείσεται*. Prov. l. c. *κατακεῖσθαι* notat *in lecto iacere dormiendi causa*, et reliqui Intt. habent *κοιμᾶσθαι*. Vide et Iudith. XIII, 17. Sap. XVII, 7. *κατέκειντο*, h. e. *infirmae et invalidae erant*, sc. *ad avertendas tenebras*.

*ΚΑΤΑΚΕΝΌΩ*, *evacuo*, *effundo*. הֵרִיק Hiph. a רִיק, idem. Gen. XLII, 35. – יָצַק, *effundo*. 2 Sam. XIII, 9.

*ΚΑΤΑΚΕΝΤΈΩ*, *pungo*, it. *transfodio*, *confodio*, speciatim *telis* s. *iaculis*, ut sit i. q. *κατακοξεύω*. Vide *Palaeph.* I, 7. *Zosim.* IV, 49, 3. בָּרָא Pih. *exscindo*. Ez. XXIII, 47. – דָּקַר, *transfigo*. Ier. LI, 4. Vide et Iudith. XVI, 10.

*ΚΑΤΑΚΛΆΩ*, *confringo*. חִרְכָּא pro הִתְדַּכָּא Hithp. *Theod.* Iob. V, 4. *κατεκλάσθησαν*. – נָתַשׁ, *exstirpo*. Ez. XIX, 12.

*ΚΑΤΆΚΛΕΙΣΤΟΣ*, *inclusus*. Ies. III, 21. *κατάκλειστα*, sec. *Ald. Compl. et M.* ubi in textu hebr. nihil pro illa voce occurrit. Vide infra s. v. *κατάκλιτα*, quae vera lectio est. Sap. XVIII, 4. *οἱ κατακλείστους φυλάσσουσι τοὺς υἱούς σου*, *inclusos* custodientes liberos tuos. 2 Macc. III, 19. *αἱ κατάκλειστοι τῶν παρθένων*, inclusae virgines. *Hesiod. ἔργ.* II. v. 238. *Ioseph. de Maccab.* §. 18. 3 Macc. I, 18. *αἱ κατάκλειστοι παρθένοι*, inclusae virgines. Sic *Callimacho* Dactylicis *ἁ παῖς ἁ κατάκλειστος* est *puella inclusa*. Vide *Fragm. Callim.* p. 258. Conf. et *Suic. Thes. Eccl.* s. h. v. *Barlaei* not. ad *Lucian.* T. I. p. 85. *Grotium* ad 3 Macc. l. c. *Vesselii Adv. Sacr.* lib. II. c. 17. p. 132. et quae notata sunt supra in v. *θάλαμος*. *Strabo* XIII. p. 906. D.

*ΚΑΤΑΚΛΕΊΩ*, *includo*. כָּלָא, *claudo*, *concludo*, *contineo*, *cohibeo*. Ier. XXXII, 3. – כָּרַע, *incurvo me*. Iud. V, 27. *καθὼς κατεκλείσθη*. Legendum *κατεκλίθη*, ut habet *Vat. Coislin.* et *Cat. Nic.* – רָבַץ, *cubo*. *Aqu. Symm.* Ies. XI, 7. *κατακλεισθήσονται*. Sed ibi quoque legendum videtur *κατακλιθήσονται* seu *κατακλεισθήσονται*, *reclinabuntur*. Conf. Gen. XLIX, 9.

*ΚΑΤΑΚΛΗΡΟΔΟΤΈΩ*, *sorte distribuo*, *in haereditatem do*. נִחַל; הִנְחִיל Niph. et Hiph. *possidere facio*. Deut. XXI, 16. Ios. XIX, 51. In utroque loco cum *κατακληρονο-*

*μεῖν* permutatur in codd. Vide et 1 Macc. III, 36, et conf. Act. XIII, 19.

*ΚΑΤΑΚΛΗΡΟΝΟΜΕΏ*, *haereditatem adeo, possideo, occupo*, it. *possidendum trado, sorte distribuo*, it. *sortior, consequor, adipiscor.* הֵנִיחַ Hiph. a נוּחַ, *quiescere facio.* 2 Sam. VII, 1. *κατεκληρονόμησεν αὐτὸν*, quae versio cum textu hebr. hoc modo conciliari potest, si *κατεκληρονόμησεν αὐτὸν* vertatur: *confirmavit eum in possessione*, quod efficiebatur, dum ei daret requiem ab omnibus inimicis eius. – חָלַק, *distribuo.* Ios. XVIII, 2. *οἳ κατεκληρονόμησαν τὴν κληρονομίαν αὐτῶν*, qui non *occupaverant* haereditatem suam. – יָרַשׁ: הוֹרִישׁ, Kal et Hiph. Deut. I, 8. *εἰσελθόντες κατακληρονομήσατε τὴν γῆν*, ingredientes *occupate* terram. Vide et Deut. III, 20. X, 11. Ios. XII, 1. Iud. XI, 24 *πάντα* (sc. *τὰ ἔθνη*), *ὅσα κατεκληρονόμησεν ἡμῖν ὁ θεός*, omnes gentes s. gentium terras, quas *nostrae potestati subiecit* Deus. – מוֹרָשׁ. *possessio.* Abd. v. 17. – נָחַל: נִחַל: הִנְחִיל: הִתְנַחֵל, Kal, Pih. Hiph. et Hithp. Num. XXXIV, 18. *κατακληρονομῆσαι ὑμῖν τὴν γῆν*, ut *sorte distribuat* vobis terram. Vide et Deut. III, 28. XXXI, 7. Deut. XIX, 14. *κληρονομία σου, ἣν κατεκληρονομήθης ἐν τῇ γῇ*, haereditas tua, quam *sorte accepisti* in terra. Conf. Sir. XXIV, 9. 1 Sam. II, 8. *θρόνον δόξης κατακληρονομῶν αὐτοῖς*, thronum gloriae illis *occupandum tradens.* Ier. III, 18. *γῆν, ἣν κατεκληρονόμησα τοὺς πατέρας αὐτῶν*, terram, quam *possidendam tradidi* maioribus vestris. Zach. II, 12. *κατακληρονομήσει Κύριος τὸν Ἰούδαν*, Dominus Iudam *tanquam haereditatem possidebit.* – *נִחַל Niph. a חָלַל, *profanor.* Ezech. XXII, 16. Hic legerunt נחל a נָחַל. – נַחֲלָה, *possessio.* Ios. XXI, 5. – נָתַן, *do.* Ezech. XL, 18. – שָׁכַן, *habito. Symm.* Prov. II, 21. *κατακληρονομήσουσι.* Formula *κατακληρονομεῖσθαι ἐν τινὶ* notat *habitare in aliquo loco*, i. q. *κατασκηνοῦν*, cum quo verbo permutatur Sir. XXIV, 8. *ἐν ἰακὼβ κατασκήνωσον, καὶ ἐν ἱερουσαλὴμ κατακληρονομήθητι.* Sir. XV, 6. *ὄνομα αἰώνιον κατακληρονομήσει*, nomen aeternum sortietur. Eodem sensu verbum simplex *κληρονομεῖν* usurpatur Hebr. IV, 1. *κεκληρονόμηκεν ὄνομα*, nomen *sortitur* vel *adeptus est.* Conf. ad h. l. auctores citatos *Wolfio* p. 607. et Marc. X, 17. – Sir. XV, 6. *κατακληρονομεῖν* est *efficere, ut aliquid alicui obtingat.* Sic etiam accipienda est versio *Vulgati: haereditabit illum.* Sir. XXXVI, 13. ubi pro lectione vitiosa *κατεκληρονόμησα* reponendum est *κατακληρονομήσεις* vel *κατακληρονόμησον.*

*ΚΑΤΑΚΛΗΡΟΫΜΑΙ*, *sortito capio.* לָכַד, *sorte capio.* 1 Sam. X, 20. 21. XIV, 42. 43. ubi vid. *L. Bos.* Verba *κατακληροῦται ἔργον* in LXX 1 Sam. XIV, 47. ex alio interprete huc irrepserunt, adeoque expungenda sunt. Vide ad h. l. *Hexapla Montfauconii.*

*ΚΑΤΑΚΛΙ'ΝΟΜΑΙ, recubo, discumbo.* כָּרַע, *incurvo me.* Num. XXIV, 9. – נָפַל, *cado.* Exod. XXI, 18. – סָבַב, *circumeo.* 1 Sam. XVI, 11. οὐ μὴ κατακλιθῶμεν ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν, non antea *discumbemus*, quam ille veniat. – רָבַץ, *cubo. Aqu.* Gen. XLIX, 9. κατεκλίθης. Vide et Iudith. XII, 14.

*ΚΑΤΑ'ΚΛΙΣΙΣ, reclinatio, locus ad cibum capiendum, lectus. Alciphr.* I, 39. מִשְׁכָּב, *cubile. Symm.* Hos. VII, 14.

*ΚΑΤΑΚΛΙΤΑ.* Iuxta *Basilium* Ies. III, 21. (ubi iuxta ed. *Rom.* haec vox legitur, in textu autem hebr. nihil pro illa occurrit. *Ald. Compl. et M.* habent κατάκλειστα.) sunt τὰ ἐν τῷ κατακλίνεσθαι δι' ὑπερβολὴν τρυφῆς ταῖς κλίναις ἐπιβαλλόμενα. *Suidas* autem κατάκλιτα interpretatur κλίνας, θρόνους εἰς ἀνάκλισιν ἐπιτηδείους. Conf. *Schroederum* de *vestitu mulier. hebr.* p. 567. sequ.

*ΚΑΤΑΚΛΥ'ΖΩ, inundo, submergo, obruo.* שָׁטַף, idem. Iob. XIV, 19. Ps. LXXVII, 23. Dan. XI, 10. 22. 26. et alibi saepius. - שֶׁטֶף, *inundatio.* Dan. XI, 22. Adde Sap. X, 4. 19.

* *ΚΑΤΑ'ΚΛΥΣΙΣ, inundatio.* שֶׁטֶף, *inundo. Inc.* Dan. XI, 40. ἐν ταῖς κατακλύσεσι: ubi loco וְשָׁטַף legit בְּשֶׁטֶף. Vide *Segaarii anim.* ad h. l. Adde *Hippocr.* de *humor.* p. 47, 18.

*ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟ'Σ, inundatio, diluvium.* מַבּוּל, idem. Gen. VI, 17. VII, 6. 7. *Aqu. Symm.* Ps. XXVIII, 10. – שָׁטַף, *inundo. Theod.* Dan. XI, 40. Legit שֶׁטֶף. – שֶׁטֶף, *inundatio.* Ps. XXXI, 8. Dan. IX, 26. Nahum. I, 8. *Theodoretus:* κατακλυσμὸν γὰρ καὶ συντέλειαν παντελεθρίαν ἐκάλεσεν. – שׁוֹט, *flagellum,* item *torrens* sive a *currendo* sive a *fundendo. Theod.* Ies. XXVIII, 15. Aeque ac LXX (qui καταιγὶς habent) derivavit a שׁוּט, *effuso impetu decurrere,* et in l. *aethiop. fundere.* Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1600.

*ΚΑΤΑΚΝΙ'ΖΩ, vellico, pungo.* אַכְזְרִיּוּת, *crudelitas. Symm.* Prov. XXVII, 4. κατακνίζων. Valde suspecta mihi est haec lectio. Quid si legeretur κατακλύζων, ut ad sequens שֶׁטֶף referatur?

*ΚΑΤΑΚΟΛΟΥΘΕ'Ω, subsequor, obedio.* * הָלַךְ sequ. בְּ, *obedio.* Dan. IX, 10. sec. *Chis.* κατακολουθῆσαι τῷ νόμῳ σου. – רֹעֶה, *pastor.* Ier. XVII, 16. κατακολουθῶν ὀπίσω σου, *subsequens te.* Pastor gregem sequi solet. 1 Macc. VI, 23. κατακολουθεῖν τοῖς προστάγμασι, *obedire* ordinationibus. 3 Esdr. VII, 1. κατακολουθοῦντες. Respondet chaldaeo לְקֳבֵל, *secundum, ratione,* Esdr. VI, 13.

*ΚΑΤΑΚΟΛΟΥ'Ω, amputo, mutilo.* הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio. Al.* Ierem. XX, 4. κατακολούσουσιν.

*ΚΑΤΑΚΟΝΔΥΛΙ'ΖΩ, digitis in condyloe contractis verbero, pugnis caedo.* נָשַׁל, *violenter ago, diripio. Inc.* et LXX Amos. V, 11.

*ΚΑΤΑΚΟΝΤΙ'ΖΩ, iaculis perfodio et configo.* Iudith. I, 15. κατηκόντισεν αὐτὸν ἐν ταῖς ζιβύναις.

***ΚΑΤΑ'ΚΟΠΟΣ***, *defessus, labore confectus, fatigatus.* יָגִיעַ, idem. Iob. III, 17. – עָמֵל, *laboriosus.* Iud. V, 26. ubi in ed. *Compl.* fortasse rectius pro κατακόπων legitur κατακοπτόντων. Vide et 2 Macc. XII, 36.

***ΚΑΤΑ'ΚΟΠΟΝ ΠΟΙΕ'Ω***, *defessum facio.* הֶלְאָה Hiph. *fatigo.* Iob. XVI, 7. *Vulg. oppressit me.*

***ΚΑΤΑΚΟ'ΠΤΩ***, *concido, decido, percutio, trucido; contundo, comminuo, confringo, exscindo.* הַדֵּק chald. Aph. a דְּקַק, *comminuo.* Dan. VII, 23. – הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio.* Gen. XIV, 5. 7. Ios. X, 10. Ib. XI, 8. ubi *profligare* notat. Ier. XX, 4. κατακόψουσιν αὐτοὺς ἐν μαχαίραις, *trucidabunt* illos gladiis. Vide et Ierem. XXI, 7. Sic *Aelianus V. H.* c. VII. c. 19. πολλοὺς τῶν Μεγαρέων κατέκοψεν ἀνόπλους, multos Megarensium inermes *trucidavit.* Conf. et *Arrianum* de *exped. Alex.* l. IV. p. 303. – הַמַּחְרֶבֶת part. Hiph. *exsiccans. Al.* Ies. LI, 10. κατακόψασα. Radix חָרַב etiam *caedere, occidere* notat. – חָצַב, *exscindo. Al.* Ies. LI, 10. κατακόψουσα, *exscindens.* – כָּרַת וְדָקַק, *exscindo et comminuo.* 2 Par. XV, 16. – כִּתֵּר Pih. *cingo.* Iud. XX, 43. Forte legerunt כִּתֵּת, aut literis transpositis כָּרַת. *Michaelis Suppl.* p. 1384. putat, eos בתרו legisse, aut legendum suspicatos esse. – כִּתֵּת Pih. *contero.* 2 Par. XXXIV, 7. ἄλση καὶ εἴδωλα κατέκοψε, lucos et idola *succidit.* Mich. I, 7. πάντα τὰ γλυπτὰ αὐτῆς κατακόψουσιν, omnia sculptilia eius *concident.* Mich. IV, 3. κατακόψουσιν τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, *contundent* gladios suos in vomeres. Mich. I, 7. Legerunt יְכַתּוּ. – *מַכְתֵּשׁ, nomen propr. Soph. I, 11. κατακεκομμένην. Legerunt מֻכְתָּשׁ, ut sit partic. Hoph. a כָּתַשׁ, κατακόπτειν, *contundendo comminuere.* – הִכָּה וְהִכָּה Hiph. Vtrumque *percutio et trucido.* Num. X, 45. – נָפַץ, *dispergor.* Ies. XXVII, 9. τοὺς λίθους τῶν βωμῶν κατακεκομμένους, ὡς κονίαν λεπτὴν, lapides altarium *comminutos*, tanquam pulverem tenuem. – *עָמַל, *laboro.* Iud. V, 26. sec. ed. *Compl.* ubi κατακόπτοντες sunt *fabri, qui malleum tractant. Vulg. fabrorum.* – קָצַץ, *abscindo, concido, praescido.* 2 Par. XXVIII, 24. κατέκοψεν αὐτὰ, *confringebat* illa. *Al.* 2 Reg. XVIII, 16. κατέκοψεν τὰς θύρας, *confringebat* ostia. – *תּוּר, *exploro circumeundo et perlustrando. Inc.* Iud. I, 23. ubi κατέκοψαν mutandum est in κατεσκοπήσαντο, ut iam recte monuit *Doederleinius Repert. bibl. et cr. liter.* T. I. p. 221. Vide quoque ad h. l. *Scharfenbergium.* – תָּמַךְ, *sustento.* Amos. I, 5. Videntur legisse וְדוֹמֶה, *et exscindens*, aut וְדָמִיתִי, *et exscindam*, ut Hos. IV, 5. legitur. Alii contra statuunt, eos in suo codice legisse תָּמַךְ a מָכַךְ. 1 Macc. I, 13. κατεκόπησαν ἐν τῷ τῆς Ναναίας ἱερῷ, *occisi sunt* in templo Nanaeae. *Hesych.* κατεκόπησαν, ἐφονεύθησαν. Vide et 2 Macc. X, 30.

***ΚΑΤΑ'ΚΟΡΟΙ***, *vividi (oculi).* חַכְלִילִי, *rubicundus. Aqu.* Gen. XLIX, 12. Alibi legitur κατάκαροι, sed hae voces

suspectae videntur *Montfauconio* ad h. l. et in *Append.* Vide supra s. v. *κατάκαροι*.

*ΚΑΤΑΚΟΣΜΕ'Ω*, *exorno*. חִשֵּׁק, Pih. *cingo*. Exod. XXXVIII, 29. Bene. – עָדָה, *orno*. Ies. LXI, 10.

*ΚΑΤΑΚΡΑΤΕ'Ω*, *praevaleo, firmiter teneo, premo, expugno, capio, occupo, firmo, munio, domo, subiugo*. אָנוּשׁ, *mortiferus*. Mich. I, 9. *κατεκράτησεν ἡ πληγὴ αὐτοῦ*, *praevalebat* plaga eius. Aut derivarunt ab אנוש, *vir*, ut אָנֻשׁ notet *fortem* et *quasi virum se praestare, invalescere*, aut, quod mallem, sensum expresserunt. – גָּבַר, *valeo, invaleo, praevaleo*. *Al.* 2 Sam. XI, 25. *κατεκράτουν ἐφ' ἡμᾶς οἱ ἄνδρες*, *praevaluerunt* nobis viri. – הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, *attingere seu pertingere facio, admoveo*. *Symm.* 2 Sam. V, 8. *κατακρατήσῃ*, *penetraverit* sc. usque ad canales. – הֵרִיעַ Hiph. a רִיעַ, *clango*. Ier. L, 15. *κατακρατήσατε αὐτὴν*, *expugnate* illam. *Hesych.* *κατακρατήσατε, νικήσατε*. *Cappellus* pro *κατακρατήσατε* Ier. l. c. legere vult *κατακραγήσατε αὐτῆς*. Sed mihi praeferenda videtur lectio *κατακροτήσατε*, quae in aliis libris reperitur. – חָזַק: חִזֵּק: הֶחֱזִיק, Kal, Pih. et Hiph. Ier. VIII, 5. *κατεκρατήθησαν ἐν τῇ προαιρέσει αὐτῶν*, *obfirmati* sunt in electione sua. Mich. IV, 9. *κατεκράτησάν σου ὠδῖνες ὡς τικτούσης*, dolores *tenuerunt te*, tanquam parturientem. – חֶזְקָה, *robur*. 2 Par. XII, 1. *ὡς ἡτοιμάσθη ἡ βασιλεία Ῥοβοὰμ καὶ κατεκρατήθη*, cum stabilitum esset regnum Roboami, et *confirmatum*. – לָכַד, *capio*. 2 Par. XII, 4. *κατεκράτησαν τῶν πόλεων τῶν ὀχυρῶν*, *vi capiebant* urbes munitas. Conf. 1 Macc. VIII, 4. XI, 49. 56. XV, 28. – תָּפַשׂ, *prehendo*. Ier. XL, 18. *ἐν ταῖς πόλεσιν, αἷς κατεκρατήσατε*, in urbibus, quas *cepistis*. *Phavor.* *κατακρατήσατε, νικήσατε*. – Sir. XXI, 12. *Κατακρατεῖ τοῦ ἐννοήματος αὐτοῦ*, h. e. *dominatur* s. *imperat* cogitationibus suis. Scilicet per asperum legendum est *αὑτοῦ*. Nam ad legem referri commode nequit. 1 Macc. VI, 5. *κατεκράτησεν αὐτῶν ὁ λιμὸς*, *premebat* illos fames. 1 Macc. VII, 22. *κατεκράτησαν γῆν Ἰούδα*, *subiugabant* Iudaeam. 1 Macc. VIII, 10. *κατεκράτησαν τῆς γῆς αὐτῶν*, *occupabant* terram illorum. 1 Macc. XI, 1. *κατακρατῆσαι τῆς βασιλείας*, *occupare* regnum. Vide et 1 Macc. XV, 3. 3 Macc. I, 7. *κατακρατήσας δὲ τῆς ἐπιβουλῆς*, *compos* autem propositi sui *factus*.

**ΚΑΤΑΚΡΑΤΙ'ΖΟΜΑΙ*. הִתְחַזֵּק, *confortatus sum*. Iud. XX, 22. sec. *Oxon.* *κατεκρατίσθη*. Sed legendum ibi potius est *κατεκρατήθη*.

*ΚΑΤΑΚΡΑ'ΤΟΣ* pro *ΚΑΤΑ' ΚΡΑ'ΤΟΣ*, *fortiter, vehementer*. בְּחָזְקָה, *cum vehementia*, i. e. *vehementer*. Iud. IV, 3. *ἔθλιψε τὸν Ἰσραὴλ κατακράτος*, affligebat Israel *vehementer*. *Hesychius*: *κατακράτος, ἰσχυρῶς, τελείως, ἀντιστάντως*.

*ΚΑΤΑΚΡΗΜΝΙ'ΖΩ*, *praecipito, deiicio*. הִשְׁלִיךְ, Hiph. *deiicio*. 2 Par. XXV, 12. *κατεκρήμνιζον αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ἄκρου*

τοῦ κρημνοῦ, *deiiciebant* illos a summo praecipitio. Cf. *Aelian.* l. XI. c. 5. Luc. IV, 29. et auctores a *Wolfio Cur.* p. 143. laudatos. 2 Macc. XII, 15. *κατακρημνίσαντα τὴν Ἱεριχώ*, illum, qui *praecipitaverat* Ioricho. 2 Macc. XIV, 43. *κατεκρήμνισεν ἑαυτὸν εἰς τὸν ὄχλον, praecipitem se dedit* in multitudinem. 4 Macc. IV, 25.

*ΚΑΤΑ'ΚΡΙΜΑ, condemnatio.* Sir. XLIII, 12. *ἐν λόγοις ἁγίου στήσονται κατάκριμα*, in sermonibus sancti sistent *condemnationem.*

*ΚΑΤΑΚΡΙ'ΝΩ, condemno,* etiam, quod condemnationem antecedit, *sceleris convinco, criminis accuso.* גָּזַר, *decerno.* Esth. II, 1. — הִרְשִׁיעַ, Hiph. *Symm.* Iob. XXXIV, 29. *κατακρινεῖ.* Vide et Sap. IV, 16. *κατακρινεῖ δὲ δίκαιος καμὼν τοὺς ζῶντας ἀσεβεῖς, sceleris s. pravitatis convincit* probus praematura morte abreptus improbos longaevos, h. e. *poena dignos illos declarat,* non verbaliter, sed realiter per vitae comparationem et exemplum. Vide Hebr. XI, 7. Matth. XII, 41. *Ioseph. A. I.* III. c. 15. p. 190. ed. *Hav. ψευδολογίαν κατακρίνειν τοῦ θεοῦ,* Deum mendacii *accusare.* Sus. v. 40. 41. 48. 53.

*ΚΑΤΑ'ΚΡΙΣΙΣ, condemnatio.* דִּבָּה, *fama mala. Inc.* Num. XIII, 33.

*ΚΑΤΑΚΡΟΤΕ'Ω, applaudo.* הֵרִיעַ, Hiph. a רִיעַ, *clango. Al.* et *LXX* sec. *Compl.* Ier. L, 15. *κατακροτήσατε.* Vide supra s. v. *κατακρατέω. Photius Lex.* col. 103. *κατακροτεῖ, ἄγαν ἐπαινεῖ.*

**ΚΑΤΑΚΡΟΥ'Ω, deorsum pello, adigo.* תָּקַע, *infigo.* Iud. IV, 21. sec. *Oxon. κατέκρουσε. Inc.* Iud. XVI, 14.

*ΚΑΤΑΚΡΥ'ΠΤΩ, abscondo, occulto.* חָלַף, *transeo.* Ies. II, 18. חָלַף h. l. *auferre* notat. — חָתַר, *fodio, perfodio. Al.* Amos. IX, 2. *ἐὰν κατακρυβῶσιν. Vulgatus* bene: *si putaverint abscondi.* Alii libri ibi magis ad textum hebr. habent *κατορυγῶσι.* — טָמַן : הִטְמִין Kal et Hiph. *abscondo.* Gen. XXXV, 4. Ier. XIII, 4. 2 Reg. VII, 8. — נֶחְבָּא : הֶחְבִּיא : הִתְחַבֵּא, Niph. Hiph. et Hithp. idem. Ios. X, 16. 1 Reg. XVIII, 4. 2 Par. XVIII, 24. XXII, 12. — נִסְתַּר : הִסְתִּיר, Niph. et Hiph. Ps. XXX, 26. Prov. XXVII, 12. Ier. XXXVI, 19. — *סָלַק, *ascendo.* Amos. IX, 2. sec. *Ald.* et *Compl.* Sensum expresserunt. — צָפַן, *abscondo.* Psalm. LV, 6. *Theod.* Iob. XXI, 19. Adde 2 Macc. I, 19.

*ΚΑΤΑΚΤΑ'ΟΜΑΙ, acquiro, possideo.* כָּבַשׁ, *subigo.* 2 Par. XXVIII, 10. *κατακτᾶσθαι* h. l. respondet latino *habere pro uti* notat. Adde 2 Macc. VI, 25.

**ΚΑΤΑΚΤΕΙ'ΝΩ, interficio, occido.* 4 Macc. XI, 3.

*ΚΑΤΑΚΥΚΛΟ'Ω, circumcludo.* סָבַב, idem. Iud. XVI, 2.

*ΚΑΤΑΚΥΛΙ'Ω, devolvo.* גִּלְגֵּל, Pih. a גָּלַל, idem. Ier. LI, 25. — גָּלָה, *revelo.* 1 Sam. XIV, 9. Hic legerunt גָּלַל. —

*כָּרַע, *incurvo*. Iud. V, 27. κατεκυλίσθη sec. ed. *Rom.* et *Cat. Niceph.* mendose ex sententia *Scharfenbergii* ad h. l. pro κατεκλίθη, coll. Num. XXIV, 9. – *שָׁטַף, *inundo*. Dan. XI, 22. sec. *Compl.* κατακυλισθήσονται, ubi reponendum est κατακλυσθήσονται, quod reliqui libri habent.

*ΚΑΤΑΚΥΠΤΩ*, *inclino*, *inclinato capite aspicio*. הִשְׁקִיף, Hiph. *prospecto*. 2 Reg. IX, 32. – הִשְׁתּוֹחֵחַ Hitbp. a שָׁחַח, *deiicio me*. *Aqu.* Ps. XLI, 6. τί κατακύπτεις; cur *procumbis?* vel: cur *consternaris*, *tanquam stare non possis?* Κατακύπτειν, sc. ἑαυτὸν, est *deprimi*, *moerore ac tristitia affici*. Vide supra s. v. κατακάμπτω. *Aqu.* Ps. XLIII, 26. Esth. XV, 10. κατέκυψεν ἐπὶ κεφαλὴν τῆς ἄβρας, ad caput ancillae *inclinavit*.

*ΚΑΤΑΚΥΡΙΕΥΩ*, *dominor*, *occupo*, *subiugo*. בָּעַל, *dominus sum*, *dominor*. Ier. III, 14. – הָפִיחַ Hiph. a פּוּחַ, *afflo*. Ps. IX, 27. κατακυριεύσει. Varie de hac versione indicarunt viri docti. Secundum nonnullos deduxerunt יָפִיחַ a פֶּחָה, quod *principem* notat, aut legerunt יִפְחָה. *Starcke* in *Carm. Dav.* p. 254. coniicit, eos ab *efflato animo* ad *superbiae* et *dominationis* notionem transiisse. Mihi autem sensum expressisse videntur. יָפִיחַ est h. l. *difflat*, *flatu prosternit*, in quo est notio *imperii* ac *dominationis*. *Plautus Mil. Glor.* I, 1, 17. *cuius tu legiones difflavisti spiritu quasi ventus folia*. – הִשְׁלִים Hiph. *dominari sino*. Ps. CXVIII, 132. – יָרַשׁ, *possideo tanquam haeres*. Num. XXI, 24. κατεκυρίευσαν τῆς γῆς αὐτοῦ, *occupabant* terram eius. Nempe haeres et dominus idem erat, itaque dominari ac haereditare idem illis est. – כָּבַשׁ, *subigo*. Gen. I, 28. Num. XXXII, 22. 29. – לָכַד, *capio*. Ios. XV, 16. – *מוֹרָא, *timor*. Gen. IX, 3. κατακυριεύσατε αὐτοῖς. Ac si nomen מורא commune quid haberet cum Syr. ܡܪܐ, *dominus*. – מָשַׁל, *dominor*. Ps. XVIII, 14. ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, si non dominentur mihi. Conf. Matth. XX, 25. coll. Luc. XXII, 25. – עָצוּם, *robustus*. Ps. IX, 33. (seu X, 10.) ἐν τῷ αὐτὸν κατακυριεῦσαι τῶν πενήτων, cum *subiugat* pauperes. Legerunt בְּעָצְמוֹ, ut sit infin. Kal ab עָצַם, *fortem et robustum esse*, *praevalere*. *Hesych.* κατακυριεῦσαι, κατακρατῆσαι. – *רָבָה, *augeor*, *cresco*. Gen. IX, 7. κατακυριεύσατε; ubi vel loco וּרְבוּ legerunt וּרְדוּ, vel punctarunt וּרְבוּ a רָבַב, coll. arab. ربّ, quod *dominari* notat. – רָדָה, *dominor*. Ps. XLVIII, 15. LXXI, 8. *Ed. Vta et VIta* Ps. CIX, 2.

**ΚΑΤΑΛΑΛΑΖΩ*, *iubilo*, *cantum iubilationis edo*. עָנָה, *canto alternis*. *Aqu.* Ps. CXLVI, 7. καταλαλάξατε, pro quo scribendum esse καταλέξαντος coniicit *Bielius*. Conf. v. καταλέγω. Idem statuit *Semlerus*. Sed mihi lectio recepta minime sollicitanda videtur. *Hesychio* καταλαλάζειν est κατεύχεσθαι, vel πολιτικῶς (fortasse πολεμικῶς) βοᾷν.

*ΚΑΤΑΛΑΖΟΝΕΎΟΜΑΙ*, *arroganter* et *insolenter ago, insulto.* הוֹלְלִים, *exaltantes. Inc.* Ps. CXXXVI, 3. *οἱ καταλαζονευόμενοι ἡμῶν*, qui *insolenter insultant nobis.* Versio haec bene conciliari potest cum significatione *exaltandi*, quam hoc verbum in l. Chald. habet, si sumamus, hanc primariam notionem translatam esse in l. hebr. ad *fastum* et *elationem animi*, ut גָּבַהּ. *Phavor. καταλαζονεύεται, κατεπαίρεται, νεανιεύεται.*

*ΚΆΤΩ, infra.* לְמַטָּה, *subtus.* Cohel. III, 21. Ies. XXXVII, 31. et alibi. – תַּחְתִּי, *inferior.* Ios. XV, 19. Ezech. XXXI, 16. – תַּחְתּוֹן. idem. Ios. XVI, 3. – תַּחַת, *sub. Aqu. Theod.* Deut. IV, 19. Interdum etiam de *tempore* usurpatur, v. c. in *Prolog. Sirac.* ubi οἱ χρόνοι κάτω sunt *tempora recentiora*, quemadmodum ἄνωθεν *antiquitus, olim* notat, v. c. apud *Iustin. M. Dial. c. Tryph. Iud.* §. 24. p. 123. et ib. p. 160. et 210.

*ΚΆΤΩ ΚΆΤΩ, infra infra*, h. e. *perquam infime.* מַטָּה מָּטָּה, *inferne inferne.* Deut. XXVIII, 43.

*ΚΆΤΩΘΕΝ, inferne, ab imo.* מִלְּמַטָּה. Exod. XXVI, 24. XXVII, 5. et alibi. – תַּחְתּוֹן. Ezech. XLI, 7. – Vide quoque s. v. ἄβυσσος.

*ΚΑΤΩ'ΤΕΡΟΣ* compar. *inferior.* תַּחְתּוֹן. 1 Reg. IX, 17. – תַּחְתִּים. *Symm.* 2 Sam. XXIV, 6. Vide *Bonfrer.* ad *Eusebii Onom.* s. v. ἀμεισθά.

*ΚΑΤΩ'ΤΑΤΟΣ* superl. *infimus.* מֶחְקָרִים plur. *scrutationes. Symm.* Ps. XCIV, 4. κατώτατα. – תַּחְתִּי. Deut. XXXII, 22. Ps. LXXXV, 12. LXXXVII, 6. et alibi. – *תַּחְתִּין. *Inc.* Ezech. XXXI, 16.

**ΚΑΤΩΤΆΤΩ, infra, in infimis.* בְּתַחְבּוּלֹתָו, *in consiliis eius, in gubernatione eius.* Iob. XXXVII, 12. ubi secundum *Hex.* ἕτερα ἀντίγραφα habent ἐν τοῖς κατωτάτω, ac τὰ κατωτάτω *terram* notant. Num legerunt תַּחְתִּיּוֹת?

*ΚΑΤΩ'ΓΑΙΟΣ* et *ΚΑΤΩ'ΓΙΟΣ, inferior, qui versus terram.* Vide supra καταγαιος.

*ΚΑΤΩΔΥΝΆΩ, dolore afficio, affligo.* מֵרֵר Pih. *amarum reddo.* Exod. I, 14. ubi vox hebr. *vitam acerbam reddere* notat. – נֶאֱנַק Niph. *exclamo, suspiro.* Ezech. IX, 4.

*ΚΑΤΩ'ΔΥΝΟΣ, dolore affectus, tristis.* מַר, *amarus*, metaph. *tristis. Theod.* et LXX sec. cod. *Basil.* Iud. XVIII, 25. κατώδυνοι ψυχὴν, *tristes* animo. 1 Sam. I, 10. αὐτὴ κατώδυνος τῇ ψυχῇ, illa *tristis* animo. *Hesych.* κατώδυνος, λυπηρά. Vide et 1 Sam. XXX, 6. 2 Reg. IV, 27. Scribitur etiam κατώδυνος. Vide supra et *L. Bos* ac *Montf.* ad Iudic. l. c.

**ΚΑΤ'ΚΩΣΙΣ* pro καλύκωσις. Codex *Sangerm.* Ies. XXXV, 1. habet pro חֲבַצֶּלֶת, *rosa*, ubi videndus *Montfauconius* ac supra s. καλύκωσις.

**ΚΑΥΛΟ'Σ**, *caulis, scapus plantae, hastile, stipes;* יָרֵךְ, *latus.* Exod. XXV, 31. XXXVII, 18. *Gloss. in Octat.* καυλὸς, ἐν ᾧ ὁ λύχνος ἐμβάλλεται. - צַמֶּרֶת, *cacumen. Theod.* Ezech. XXXI, 14. Sermo ibi est de cacuminibus arborum. *Hesych.* καυλὸς, τὸ ἄκρον τοῦ δόρατος τὸ ἀπεξυμμένον, εἰς ὃ ἐμβιβάζεται τὸ κοῖλον τοῦ δόρατος, τὸ σύνηθες ἐπὶ τῶν φυτῶν.

**ΚΑΥ'ΜΑ**, *aestus.* חֹם, *aestus.* Gen. VIII, 22. Ies. XVIII, 4. Ier. XVII, 8. - חֹרֶב, *siccitas. Inc. et LXX* Iob. XXX, 30., ubi καῦμα est *ardor internus e morbo. Vulg. prae caumate.* Conf. *Foesii Oeconom. Hippocr.* p. 326. Ies. IV, 6. Ierem. XXXVI, 30. - *יוֹם, *dies.* Prov. XXV, 13. Legerunt חֹם, non male. Sed et formula hebr. *dies messis aestus* notionem involvit. Confer infra s. v. קַיִץ. - יְלֵל, *eiulatus.* Deut. XXXII, 10. ἐν δίψει καύματος. Libere verterunt. - מִמְשָׁק, *locus derelictus.* Soph. II, 9. Ita *Bielius Trommium* secutus, qui unde sua hauserit, ignoro. Nam in textu gr. legitur δαμασκὸς, quod ex mala lectione vocis מִמְשַׁק natum est, ubi legerunt דַמֶּשֶׂק. - קַיִץ, *aestas.* Prov. X, 6. ἀπὸ καύματος. Καῦμα est h. l. *aestus, qualis aestatis tempore esse solet.* Habere קיץ eandem notionem, docuit *Simonis Lex. hebr.* p. 1421. Vide quoque ad h. l. *Iaegerum.* - *קֶרַח, *glacies,* vel potius *grando. Symm.* Ps. CXLVII, 17. Derivavit sine dubio a יָקַד, *arsit, exarsit,* aut legit per Daleth a קָדַח, *accendit.* Fieri tamen potuit, ut קרח quoque hanc significationem habuerit, quia frigoris et aestus sunt similes effectus. Sir. XIV, 27. σκεπασθήσεται ὑπ' αὐτῆς ἀπὸ καύματος, sapientiae cultor ab ipsa defenditur contra *atrocem quamcunque calamitatem.* Eandem notionem metaphoricam tribuit quoque *Bretschneiderus* hebr. קיץ Prov. X, 6. et voci καῦμα apud LXX Deut. XXXII, 10. ubi hebr. יְלֵל respondet.

**ΚΑΥ'ΣΙΣ**, *ustio, combustio.* בָּעֵר infin. Pih. *ardere.* Ies. XL, 16. XLIV, 15. εἰς καῦσιν, ad *combustionem.* Conf. Hebr. VI, 8. - יְקֵדָה chald. *combustio.* Dan. VII, 11. - מוֹקְדָה, *ustio.* Lev. VI, 9. - מוֹקֵד, *focus. Aqu.* Ps. CI, 4. - מַעֲרָכָה, *ordinatio.* Exod. XXXIX, 37. Libere verterunt. Vide supra s. καίω, qua voce ter עָרַךְ ab ipsis exponitur. - שָׂרוֹף infin. 2 Sam. XXVII, 7. - שְׂרֵפָה, *ustio, combustio. Al.* 2 Par. XVI, 15. XXI, 19. καῦσιν, et Amos. IV, 11. ἀπὸ καύσεως. Sirac. XVIII, 16. καῦσις esse videtur *ipsa terra ardore solis exusta.*

**ΚΑΥ'ΣΟΣ**, *aestus, ardor.* חַרְבוֹנִים plur. *siccitates. Symm.* Ps. XXXI, 4. ὡς καῦσος.

***ΚΑΥΣΤΗΡΟ'Σ**, *ardens, fervens.* בֹּעֵר, *succensus.* Hos. VII, 4. sec. *Compl.* quae lectio versionem alius interpretis exhibet.

***ΚΑΥΣΤΙΚΟ'Σ**, *urendi vim habens.* 4 Macc. VI, 27. βασάνοις καυστικαῖς tormentis *flagrantibus.*

**ΚΑΥΣΤΙΚΩ'ΤΕΡΟΣ*, magis urendi vim habens.* 4 Macc. X, 14.

*ΚΑΥΣΤΟ'Σ, combustus.* מַרְחֶשֶׁת, *ahenum, cacabus. Inc.* Lev. VII, 9. *καυστὴ, combusta hostia.*

*ΚΑΥ'ΣΩΝ, urens ventus, Eurus, ventus ab oriente spirans.* *חֹרֶב, *aestus. Theod.* Ies. XXV, 5. Gen. XXXI, 40. sec. *Alex.* et *Oxon.* ubi *καύσων aestum solis* notat. – *קְדוּמִים nomen propr. *Chedummim. Aqu.* Iud. V, 21. Deduxit a קָדִים. Exoritur tamen suspicio, annon *καυσώνων*, in *καύσων* mutatum, potius ad sequens קִישׁוֹן referendum sit, et sit ipsa vox hebr. graecis literis expressa. – קָדִים, *oriens, Eurus,* qui ventus etiam a Chaldaeis קִדּוּם vocatur. Ierem. XVIII, 17. *ὡς ἄνεμον καύσωνα διασπερῶ αὐτοὺς,* tanquam ventum urentem dispergam illos. Vide et Ezech. XVII, 10. XIX, 12. Hos. XII, 1. Ion. IV, 9. Adde *Inc.* Gen. XLI, 6. et Psalm. LXXVII, 26. *Theod.* Iob. XXVII, 21. *Aqu.* Ps. XLVII, 8. – שָׁרָב, *exsiccatio, aestus, sitis.* Ies. XLIX, 10. Conf. Sir. XVIII, 16. XLIII, 27. Ventum urentem esse orientalem, ex itinerariorum commentariis discimus. Apellatur apud Orientales *Samiel* ex *Sam,* vocabulo arabico, quod significat *venenum*, et *Iel*, quod in lingua Turcica *ventum* notat. De isto *Hieronymus* ad Ezech. XXVII.: *Austro flante, qui significantius* קָדִים, *graece καύσων interpretatur, quem nos in ventum urentem transferre possumus.* Vide *Humphr. Hodium* de *Bibl. text. Orig.* pag. 215. et *Zornium hist. fisc. Iud.* pag. 14 sequ. *Fischerus* in *Clavi* pag. 61. *καύσων* reddere mavult *Eurus* quam cum *Montfauconio aestus*, nisi addas *aestus, qui est tum, quum Eurus,* ventus in Aegypto calidus, *flat.*

*ΚΑΥΣΩΝΟΣ ΞΗΡΟ'ΤΗΣ, aestus, siccitas.* צְחִיחָה, *siccum. Symm.* Ps. LXVII, 7.

*ΚΑΥΧΑ'ΟΜΑΙ, glorior, iacto.* אָמַר, *dico.* Prov. XX, 9. *τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν.* Bene quoad sensum. – הִרְבָּה Hiph. *multiplico.* 1 Sam. II, 3. ubi legerunt תַּרְהִיבוּ, nam Ps. LXXXIX, 11. רָהָב reddiderunt *ὑπερήφανον.* – הִרְנִין Hiph. *laetus canto.* Ps. XXXI, 14. ubi *καυχᾶσθαι* sensu bono adhibetur. – הִשְׁתַּבֵּחַ Hithp. a שָׁבַח, *laudatione commendo me.* 1 Par. XVI, 35. – הִתְהַלֵּל Hithp. 1 Reg. XX, 11. Ps. XLVIII, 6. *ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου αὐτῶν μὴ καυχώμενοι,* in multitudine divitiarum suarum non *gloriantes.* Vide et Prov. XXV, 14. XXVII, 1. Ierem. IX, 22. Adde *Aqu.* Ps. XXX, 5. sec. *Catenam PP. GG.* T. I. pag. 592. *Aqu.* Psalm. LXII, 12. – הִתְפָּאֵר Hithp. Iud. VII, 2. – עָלַז, *exulto.* Psalm. XCIII, 5. CXLIX, 5. – עָלַץ, idem. Ps. V, 14. Praeterea legitur 1 Sam. II, 10. ubi verba *μὴ καυχάσθω φρόνιμος* usque ad *ἐν μέσῳ τῆς γῆς*, quae in *Compl.* non leguntur, nec ab interprete latino vetere reddita sunt, in reliquos libros temeritate librario-

rum venerunt ex Ierem. IX, 23. seu a grammaticis adscripta sunt.

*ΚΑΥ'ΧΗΜΑ*, *gloriatio*, *iactatio*. גַּאֲוָה, *elatio*. Deut. XXXIII, 29. - גָּאוֹן. *Quint. Ed.* Ps. XLVI, 5. - חֶדְוָה, *elatio*. 1 Par. XVI, 27. - פְּאֵר. *Symm.* Ies. LV, 5. - שֵׁם, *nomen*. Deut. XXVI, 19. ubi καύχημα cum ὀνομαστὸς coniungitur, adeoque *eum* notat, *de quo alii gloriantur*. - תְּהִלָּה, *laus*. Deut. X, 21. ubi *obiectum laudis* notat. Conf. Ier. XIII, 11. XVII, 14. Soph. III, 20. 21. - תּוֹחֶלֶת, *spes*. Prov. XI, 7. ubi καύχημα notat *id*, *de quo gloriamur*. Bene. Nam spes certa et constans potest esse in caussa, ut aliquis se iactet et glorietur. Alias dicendum esset, LXX legisse תְּהִלָּה facili literarum permutatione. - תִּפְאֶרֶת, *ornatus*, *decor*. 1 Par. XXIX, 11. σοὶ, κύριε, ἡ μεγαλωσύνη — καὶ τὸ καύχημα, et *laus*. Prov. XVII, 6. καύχημα τέκνων πατέρες αὐτῶν, ubi καύχημα iterum notat *id*, *de quo aliquis gloriatur*, aut *gloriari potest*. *Symm.* δόξα. Vide et Zach. XII, 7. *Aqu.* Iud. IV, 9. *Inc. et LXX* Prov. XIX, 11. Sirac. X, 22. *obiectum gloriationis s. gloria*.

**ΚΑΥ'ΧΗΜΑ ΠΟΙΕ'Ω*. פֵּאֵר, *decoro*. *Symm.* Ies. LV, 5.

*ΚΑΥ'ΧΗΣΙΣ*, idem. תְּבוּאָה, *proventus*. Ier. XII, 13. ubi καύχησις *obiectum gloriationis* notat. - תִּפְאֶרֶת. 1 Par. XXIX, 13. Prov. XVI, 31. *Aqu.* Prov. XIX, 11. *Οἱ λοιποὶ* Ezech. XVI, 12. Interdum καύχησις est *causa laetitiae*, *gaudendi materia*, *felicitas*, *prosper rerum successus*. Sir. I, 23. πλατύνει δὲ καύχησις τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, summa autem est et latissime patens verorum Dei cultorum *felicitas*. Confer 2 Cor. I, 12.

*ΚΑΥΩ'Ν*, in plur. καυῶνες. Est ipsa vox hebraica כַּוָּנִים plur. *liba*, *placentae effigiatae*. Ier. VII, 18. sec. *Vat.* ubi *Olympiod.* male legit χαμῶνας. Vide infra χαυῶνες.

*ΚΑΦΘΩ'*. Hebr. כְּפוֹת, *spathae*. *Inc.* Lev. XXIII, 40.

*ΚΑΨΑ'ΚΗΣ*. Vide supra καμψάκης.

*ΚΕ'ΓΧΡΟΣ*, *semen panico simile*, *milium*. דֹּחַן, *panicum*, secundum alios: *milium*. Ezech. IV, 9. - מֵעוֹת, *viscera*. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. XLVIII, 19. αἱ κέγχροι, *lapilli milii similitudine*, nisi legendum κάχλοι, i. e. χαχλακες, *lapilli s. calculi*, *qui in aqua marisve litore reperiuntur*. Notabis autem, in *Procopio* legi αἱ. Nam potius dicendum οἱ κέγχροι cum articulo masculino. *Hieron. ut lapilli eius*. Ita *Drusius* in *Fragm.* p. 463. - נִסְמָן part. Niph. *signatum*. Ies. XXVIII, 25. Ita quoque *Aqu.* et *Theod.* Forte legerunt נִסְמָר, quod apud *Armenos Samar milium* est, teste *Castello*. - נְקֻדָּה, *punctum*. *Al.* Cant. I, 11. ἐν κέγχροις. *Hesych.* κέγχρος, ὁ θὸς βοτάνης, καὶ σπερμάτιον μηλίνη ἐμφερές.

***ΚΕ'ΔΡΙΝΟΣ***, *cedrinus.* אֶרֶז, *cedrus.* Lev. XIV, 4. 6. 2 Sam. V, 11. et alibi. - בְּרוֹשׁ, *abies.* 2 Par. III, 5. - גֹּפֶר, *cupressus.* *Incert.* Gen. VI, 14. Sed verba ἢ κεδρίνων glossema ibi sapiunt, adeoqne delenda sunt.

*ΚΕ'ΔΡΟΣ*, *cedrus.* אֶרֶז, idem. Nnm. XXIV, 6. Iud. IX, 15. et alibi. - בְּרוֹשׁ, *cupressus.* Ez. XXVII, 5. 2 Par. III, 5. Ita transtulerunt, quod Syri, abiete carentes, naves longas ex cedri ligno fabricarent. Cf. *Theophr. hist. plant.* V, 8. - קִדְרוֹן, *vallis*, *Iosepho* lib. II. de *bello Iud.* c. 12. et 16. et *Eusebio Onom.* κεδρῶν, et quidem a cedris dicta. Cf. *Bielii* Exercitat. de *lignis Libani* p. 51 seqn. 2 Sam. XV, 23. *διέβη τὸν χείμαῤῥον κέδρων*, transibat torrentem cedrorum. Vide et 1 Reg. II, 38. 2 Reg. XXIII, 6. 12. 2 Par. XV, 16. XXIX, 16. 1 Reg. XV, 13. *ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τῶν κέδρων*, in torrente cedrorum. Confer Ioh. XVIII, 1. et ad h. l. auctores *Wolfio* p. 960. landatos. Ita *Bielius.* Sed in omnibus his locis loco *κέδρων* reponendum est *κεδρῶν*, ut sit ipsum hebr. קִדְרוֹן, a קָדַר, *nigrescere.* Nomen enim hic torrens prope Hierosolymam e monte defluens, et inter duos montes delabens in mare mortunm, habebat a colore nigro. Vide *Lex. N. T. s. h. v.* - תְּאַשּׁוּר, *buxus.* Ies. LX, 13. *Hesych.* *κέδρος, ῥάβδος. κιβωτὸς, λάρναξ, ἢ δένδρον ἄκαρπον. Suidas: κέδροι, δένδρα ὑψίκομα καὶ ἄκαρπα, αἷς ἀπεικάζει Δαβὶδ τὴν εἰδωλολατρείαν.* Innuitur Ps. XXVIII, 5. ubi vid. *Theodor.*

*ΚΕ'ΔΡΟΣ ΤΟΥ͂ ΛΙΒΑ'ΝΟΥ*, *cedrus Libani.* אֶזְרָח רַעֲנָן, *indigena viridis*, sc. *arbor.* Ps. XXXVI, 37. Dubium est, an vere legerint כְּאַרְזָה, ab אֶרֶז, *cedrus*, aut potins ita verterint, quod vocem hebr. non intellegerent. Diversimode etiam explicatur hebr. אֶזְרָח, quod alii *laurum*, alii *cedrum* interpretantur, et in universum est *quaevis arbor indigena, et eo in loco orta, ubi crescit.*

**ΚΕΔΡΩ'Ν, Ω͂ΝΟΣ.* Ipsa vox hebr. קִדְרוֹן. Vide supra ad *κέδρος* s. h. v. hebr.

*ΚΕΙ'ΜΑΙ*, *iaceo, positus sum, constitutus sum, datus sum.* הוּעַד Hoph. a יָעַד, *constituor.* Ier. XXIV, 1. - הַנְחֵת chald. Aph. a נְחַת, *repono.* Esdr. VI, 1. - *הֻשִׂים Hiph. a שׂוּם. *Inc.* 2 Reg. VIII, 11. ubi mihi non aliam lectionem secutus esse, sed sensum recte expressisse videtur. *Symm.* Iob. XXXIV, 23. *οὐ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπῳ κεῖται ἔτι.* *Vulgatus Symmachum* secutus: *neque enim ultra in hominis potestate est.* - *יָשַׁב, *sedeo.* *Syrus* Ierem. XXI, 13. - סֵבֶל, *onus.* Ies. IX, 4. *ὁ ζυγὸς ὁ ἐπ' αὐτὸν κείμενος*, iugum, quod illis *incumbit.* - שׂוּם, *pono.* 2 Sam. XIII, 32., ubi pro *κείμενος* scribo *κείμενον*, *erat positum*, h. e. *propositum.* *Al.* Ios. IV, 6. *οὗτοι εἰς σημεῖον κείμενον* (lege *κείμενοι*), hi lapides sc. sunt in signum *positi*, vel potius *erecti* s. *stantes* (Vide *Eurip. Hecub.* v. 16.

et *Markland.* ad *Suppl.* v. 665. p. 165.); ubi nihil est in textu hebr. pro hoc verbo. Conf. Luc. II, 34. 2 Macc. III, 11. *ἀνδρὸς ἐν ὑπεροχῇ κειμένου*, viri in eminentia s. dignitate *constituti.* Vide et 2 Macc. IV, 31. 34. 2 Macc. IV, 11. *τὰ κείμενα τοῖς ἰουδαίοις φιλάνθρωπα βασιλικὰ*, scil. *διατάγματα*, edicta, quae humaniter Iudaeis a regibus *data* erant. 3 Macc. V, 26. *κεῖσθαι ἐν ἑτοίμῳ*, *paratum praesto esse*, coll. 1 Ioh. V, 19. *κεῖσθαι ἐν ἐσχάτῃ πνοῇ*, *in extremo vitae discrimine versari.* 2 Macc. III, 31. Confer *Lex. N. T. s. h. v.* Vide infra s. v. *ξύλον.*

*ΚΕΙΡΆΔΕΣ*, *tonsi*, *qui tonsos habent capillos*, quasi *κουρίας.* קִיר חֶרֶשׂ, propr. *murus testae*, h. e. *muros testaceos habens:* sed revera est h. l. nomen urbis Moabitarum *Kir-heres*, alias *Kir-hareseth.* Ierem. XLVIII, 31. *βοήσατε ἐπ' ἄνδρας κειράδας αὐχμοῦ*, clamate super viros tonsos squaloris. Vbi *Theodoretus: ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀντίγραφα κειράδας αὐχμοῦ ἔχει, ὁ Σύρος οὕτως ἡρμήνευσε· κεφαλαὶ αὐτῶν κεκαρμέναι καὶ οἱ πώγωνες αὐτῶν ἐξυρημένοι. αἰχμαλώτων δὲ τοῦτο σχῆμα. κελεύει τοίνυν ὀλολύζειν ἐπ' ἄνδρας τοὺς πάλαι μὲν τείχεσι κεχρημένους, νῦν δὲ ἀποκειραμένους τὴν προτέραν εὐημερίαν, καὶ αὐχμὸν περικειμένους.* Ad eundem locum *Incertus: ἀντὶ δὲ ἐπ' ἄνδρας κειράδας αὐχμοῦ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος· ἐπ' ἄνδρας τοίχου ὀστρακίνου. Οἱ δὲ ὁ κειράδα* (Apud *Ghislerium Cat.* in *Ierem.* p. 846. vitiose legitur *σκιράδα*) *τὸν τοῖχον ἴσως ἔφασαν, ἀπὸ γύψου πεπλασμένον.* *Trommius* in *Concord.* notat, censeri *κειράδες* apud LXX mendose scriptum pro *χειράρες.* Caeterum קִיר־חֶרֶשׂ etiam *κειράδας* interpretantur Ierem. XLVIII, 36. *Semlerus* in *Ep. Crit.* ad h. l. p. 38. monet scribendum *κειράδας*, ut legerint Daleth pro Resch. *Cappello* in *nott. critt.* ad h. l. p. 554. reponendum videtur *κειράρας*, ut sit ipsa vox hebr. graecis literis expressa. Sed mihi nomen proprium in appellativum pro more suo mutasse videntur LXX. Certe arab. قرز notionem *secandi* habet.

*ΚΕΙΡΊΑ*, *fascia*, *lorum*, *funiculus*, quasi *κηρεία.* מַרְבַדִּים plur. *tapetes lecti*, *lectisternia.* Prov. VII, 16. *κειρίαις τέτακα τὴν κλίνην μου*, *fasciis extendi lectum meum;* ad quem locum *Iaegerus:* Non igitur de veste stragula explicuit Int., qua insternitur, sed de funibus et fasciis, quibus subtenditur lectus, quod approbavit *Simonis* in *Lex.* ad v. Eas *institas lectorum* appellari docent interpretes *Petronii* c. 97. *Lex. Cyrilli MS. Brem. κειρίαις, φασκίαις.* Idem: *κειρία, τῆς κλίνης ὁ τόνος.* *Schol. Aristoph.* in *Av.* v. 817. inter alia ita: *ἡ δὲ κειρία, εἶδος ζώνης ἐκ σχοινίων παρεοικὸς ἱμάντι, ᾗ δεσμοῦσι τὰς κλίνας*, unde sua hausit *Suidas* s. h. v. Sic et *Homerus Odyss. ψ'*, v. 190 sequ. Vlyssem lectum ex olea a se fabricatum, et terebro terebratum, loro bubulo sive funiculis e loro

bubulo factis extendentem ob oculos ponit. Et eundem poetam λέχεα τρητά, *lectos perforatos*, subinde (v. c. Od. α', 440.) appellare ob foramina in spondis facta, per quae τόνοι traiecti sint, qui sustinerent ipsum lectisternium, observat *Feithius Antiqu. Hom.* lib. II. c. 8. p. 246. Inde et apud *Hesychium*: τρητοῖς ἐν λεχέεσσι, τοῖς κατὰ τὰς ἁρμογὰς τετρημένοις ἢ ἱμάντα. τοῖς ἱμᾶσι γὰρ ἐνετείνοντο αἱ κλῖναι, ὡς καὶ τὰ βάθρα. Conf. et *Lud. Carrio Emend.* lib. II. c. 13. p. 165.

*ΚΕΊΡΩ*, *tondeo*, *meto*. גזז, idem. Gen. XXXI, 19. 1 Sam. XXV, 7. 2 Sam. XIII, 23. 24. Iob. I, 20. ἐκείρατο τὴν κόμην τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, *tondendam curabat* sibi comam capitis sui. Ierem. VII, 29. Comam resecare signum tristitiae erat. Vide *Curtium* X, 14. *Lucian.* de *sacrif.* T. I. pag. 538. *Herodot.* I, 82. – גלח Pih. *abrado.* 2 Sam. XIV, 26. ἐν τῷ κείρεσθαι αὐτὸν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, cum *tondendum* ille sibi *curaret* caput suum. Ibid. κειράμενος αὐτὴν, ἔστησε τὴν τρίχα, cum *tondendam sibi curasset* illud, ponderabat capillum. Cf. Act. XVIII, 18. et ad h. l. *Wolfium* p. 1278. et *Feithii antiquit. Homer.* lib. I. c. 13. p. 81. – *עשה, *facio*. *Symm.* 2 Sam. XIX, 24. οὐκ ἐκείρατο. *Vulg. intonsa barba.* Sc. עשׂה est etiam *concinnare*, *adornare* lavando, praecidendo etc. Sic lat. *facere barbam* est *radere barbam* apud *Lampridium* in *Heliogab.* cap. 31. ubi vid. *Salmasius*. Conf. *Gatakeri cinnus* lib. II. c. 13. – קצב, *praecido*. Cant. IV, 2. – קצץ, *amputo*. Ierem. XLIX, 31. Adde *Aqu.* Ierem. XXV, 23. – ראה, *video*. Prov. XXVII, 25. κερεῖς πόαν, *metes* gramen. *Hesych.* κερεῖς, θερίσεις. Ita quoque *tondere* pro *metere*. Vide *Drakenborch.* ad *Sil. Ital.* X, 147. et *Burmann.* ad *Valer. Flacc.* III, 670. Caeterum verum vidit *Iaegerus* ad Prov. l. l., reddidisse LXX, tanquam legerent verba transposita, adeoque κερεῖς non tam ראה respondere, sed גלה, pro quo fortasse legerint גלח. – רחל, *ovis*. Cant. VI, 5. κεκαρμέναι, *tonsae* sc. oves. Legitur praeterea Ier. LII, 31. ubi LXX de suo addunt καὶ ἔκειρεν αὐτόν. Sc. captivi in carcere comam alebant, et cum inde exibant, tonderi solebant, et vestes mutabant, uti liquet ex historia Iosephi.

*ΚΕΚΡΑΓΩ*, *clamo*. הריע: התריע, Hiph. et Hithp. a ריע, *clango*. Ios. VI, 16. Psalm. LXIV, 14. – זעק, *clamo*. Iob. XXXV, 9. κεκράξονται, *clamabunt*. Vide et Ier. XI, 11. 12. XLVII, 2. Ezech. XXVII, 30. et conf. Luc. XIX, 40. – צעק, idem. Iud. IV, 3. ἐκέκραξαν οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ πρὸς κύριον, clamabant filii Israel ad Dominum. Vide et Psalm. XXXIII, 17. CVI, 6. 28. – קרא. Ps. XXVII, 1. et XXIX, 10. πρός σε, κύριε, κεκράξομαι, ad te, Domine, clamabo. Ad quae verba oculum intendens *Suidas*: κεκράξομαι, οὐκ ἐπὶ φωνῆς, ἀλλ' ἐπὶ προθυμίας, καὶ συντόνου καὶ σπουδαίας εὐχῆς. – שוע Pih. a שוע. Iob. XIX, 7. Ps. XVII, 7. 45. Hab. I, 2. *Phav.* κε-

*κράγω*, *ἀπὸ τοῦ μέσου παρακειμένου κέκραγα γίνεται*, *οὗ ὁ πρῶτος ἀόριστος ἐκέκραξα*.

*ΔΙΑΚΕΝΗ͂Σ ΚΕΚΡΑ͂ΓΩ*, *inaniter clamo*. רָנַן, *rudo*. Iob. VI, 5.

*ΜΕ'ΓΑ ΚΕΚΡΑ'ΓΩ*, *magna voce clamo*. קָרָא מַלֵּא, *clamo*, *impleo*, h. e. *plena voce clamo*. Ierem. IV, 5. *κεκράξατε μέγα*, magna voce clamate. Sic apud *Hesychium*: *μέγα ἴαχον*, *μεγάλῃ φωνῇ ἀνέκραγον*.

*ΚΕΛΑΔΕ'Ω*, *modulor*, *sonum edo*, *clamo*. פצח, *frango*, *rumpo*, etiam *sonum edo*, *persono*. *Aqu.* Ies. XLIX, 13. et LIV, 1. *κελαδήσατε*. *Hesych.* *κελαδεῖ*, *βοᾷ*. Idem: *κέλαδος*, *ἦχος μουσικὸς*, *κραυγὴ*, *βοὴ*, *θόρυβος*. Idem: *κελαδῶν*, *ἠχῶν*, *μέλπων*. Rursus idem: *κελάδησαν*, *ἤχησαν*. Confer locum incerti notatum infra in v. *λαός*.

*ΚΕ'ΛΕΥΣΜΑ*, *iussum*, *mandatum*, *edictum*, *classicum signum exercitui datum*. חֹצֵץ part. *excidens*. Prov. XXX, 27. de locusta: *ἐκστρατεύει ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος εὐτάκτως*, in aciem egreditur ad unum *edictum* bono ordine. Ita et profani. *Dionys. Hal.* lib. II. pag. 88. *ἀφ' ἑνὸς δὲ κελεύσματος*. *Diod. Sic.* lib. III. p. 153. *καθάπερ ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος*. Vide et quae ex *Sophrone* apud *Athenaeum* p. 87. et *Thucydide* lib. II. observat *Berglerus* ad *Alciphr. Ep.* p. 89. et confer *Lex. N. T.* s. h. v. Caeterum Prov. l. l. LXX legisse videntur חָצַר, unde participium in Pih. et Hiph. alias de *illis*, *qui tuba clangunt*, occurrit. Vide 2 Par. V, 13. XXIX, 28. ubi LXX per *σαλπίζειν* illud interpretantur.

*ΚΕΛΕΥ'Ω*, *iubeo*, *mando*, etiam *celeusma cano*. הֵידָד, *celeusma*. *Syrus* Ier. XLVIII, 33. *κελεύουσι*, celeusma canunt. Conf. *Simonis Lexic. hebr.* s. h. v. Tob. VIII, 14. 3 Esdr. IX, 54. 2 Macc. II, 4.

*ΚΕΝΕΩ'Ν*, *locus circa ilia*, *vacua pars ossium*, *venter*, it. *area vacua*. 2 Macc. XIV, 44. *τῶν δὲ ταχέως ἀναποδισάντων*, *γενομένου διαστήματος*, *ἦλθε κατὰ μέσον κενεῶνα*, cum autem illi celeriter retrocederent, facto spatio, venit in vacuam turbae aream. Eodem modo et apud *Nonnum* vocem sumi, *Grotius* ad h. l. notat. 4 Macc. VI, 8. *Hesych.* *κενεὼν*, *ὁ περὶ τὰς λαγόνας τόπος*, *τὸ διάκενον μέρος* (bene ita *Salmasius* pro *νέφος* legit.) *τῶν ὀστῶν*, *ἀρσενικῶς*.

**ΚΕΝΟΔΟΞΕ'Ω*, *vanae gloriae cupidus sum*. 4 Macc. V, 9. *κενοδοξῶν περὶ τὴν ἀλήθειαν*, *inanem* de veritate *opinionem alens*. Carent hac voce Lexica vulgaria.

*ΚΕΝΟΔΟΞΙ'Α*, *vanae gloriae cupiditas*. Sap. XIV, 14. *Suidas*: *κενοδοξία*, *ματαία τις περὶ ἑαυτοῦ οἴησις*. Ita *Bielius*. Sed in l. l., ubi sermo est de idolorum cultu, qui originem suam debet pravae ac perversae hominum de Deo cogitandi ac sentiendi rationi, *κενοδοξία* in universum *errorem*, *vanam opinionem* notat, et est i. q. XIII, 1. *ἀγνωσίαν θεοῦ*

appellat. Sic *δόξα* est *opinio*, *ὑπόληψις*, ut explicatur ab *Eustathio* ad *Il.* κ΄, 325. Adde 4 Macc. II, 15.

*ΚΕΝΟΛΟΓΕ΄Ω*, *inaniter* seu *vana loquor*, *garrio*; צִפְצֵף Pih. *pipio*. Ies. VIII, 19.

*ΚΕΝΟ΄Σ*, *inanis*, *vacuus*, *vanus*, *falsus*, *mendax*. אָוֶן, *vanitas*. Iob. XV, 35. *ἀποβήσεται δὲ αὐτῷ κενὰ*, ubi *κενὸν* est i. q. שֶׁקֶר Ps. VII, 15. Confer supra s. v. *ἀνωφελές*. – אַכְזָב, *mendacium*. Mich. I, 14. – אֶפֶס, *nihil*, *nullus*. Iob. VII, 6. – הֶבֶל, *vanitas*. Iob. XXXI, 34. *παρακαλεῖτέ με κενὰ*, consolamini me *frustra*. – חָדָשׁ, *novus*. Iud. V, 8. *θεοὺς κενοὺς* sec. *Ald.* et *Compl.* ubi tamen alii rectius *καινοὺς* habent. Iob. XIX, 20. ubi pro *κενὴ* ex *Compl.* reponendum est *καινή*. Idem valet quoque de versione *Theodot.* ib. – חַלָּמוּת, *vitelli*. Iob. VI, 6. Legerunt sine dubio חֲלֹמוֹת, *somnia*, nam quid vanius et futilius insomniis? *Eckermannus* putat, eos הֲלֹמוֹת, *vacillantes*, legisse. – חֹרֶב, *solitudo*, *vastitas*. Alius Ezech. XXIX, 10. *Κενὸς* ibi notat *desertus*, *non habitatus ab hominibus*. Vide ad h. l. *Montf.* – כָּזָב, *mendacium*. Hos. XII, 1. – כָּזַב, *mentior*. Hab. II, 3. – *עָפָר, *pulvis*. *Symm.* Iob. XL, 8. *εἰς κενόν*. Legendum *εἰς κόνιν*. – *עֲרִירִי, *orbus*, *sterilis*. *Symm.* Ierem. XXII, 30. Ergo *κενὸς* h. l. est *is*, *qui prole caret*. *Κενὸς* de *orbo* legitur apud *Bion. Idyll.* I, 59. – לֹא רָאָה Pyh. *non videor*. Iob. XXXIII, 21. – רֵק, *vacuus*, *vanus*. Deut. XXXII, 49. *οὐχὶ λόγος κενὸς οὗτος ὑμῖν*, non verbum *inane* vobis hoc. *Chrysost.* ad Ephes. V, 6. *κενοί εἰσιν οὗτοι λόγοι*, *οἱ πρὸς καιρὸν χάριν ἔχοντες*, *καὶ οὐδαμῶς ἐπὶ τῶν ἔργων δεικνύμενοι*. Conf. *Wolfium* ad h. l. p. 124. et quae mox notata sunt ex Exod. V, 9. Iud. IX, 4. *ἐμισθώσατο ἑαυτῷ Ἀβιμέλεχ ἄνδρας κενούς*, conduxit sibi Abimelech homines quosdam *leves*: ubi alii habent *λαιμούς*, *famelicos*, aut potius *λοιμούς*. *Al.* Iud. XI, 3. *Aqu.* 2 Sam. VI, 20. ubi *κενὸς* habet notionem singularem ac rariorem, quam *Vulgatus* interpres vocabulo *scurrae* exprimere voluit. – רִיק, *vanum*. Iob. XXXIX, 16. *εἰς κενὸν ἐκοπίασεν*, *incassum* vel *frustra* laboravit. Vide et Ies. LXV, 23. Ier. LI, 58. et conf. 1 Thess. III, 5. et ad h. l. *L. Bos.* p. 212. Ps. II, 1. *λαοὶ ἐμελέτησαν κενά*, populi meditati sunt *inania*. – רֵיקָם, *vane*. Gen. XXXI, 42. *νῦν ἂν κενόν με ἐξαπέστειλας*, tu quidem me *vacuum* dimisisses. Exod. XXIII, 15. *κενὸς* is dicitur, *qui sine muneribus et oblationibus coram Deo apparet*. Deut. XV, 13. *οὐκ ἐξαποστελεῖς αὐτὸν κενόν*, non *inanem* seu *vacuum* illum dimittes. Vide et 1 Sam. VI, 3. Iob. XXII, 9. et conf. Marc. XII, 3. et Luc. I, 53. *Theod.* et LXX Psalm. VII, 4. *ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός*. Mallem legere *κενῶς*. *Ἀποπίπτειν* videtur respondere latino *se subducere alicui*, et ex adiuncto *hostiliter aliquem tractare*. *Vulg.* *decidam merito ab inimicis meis inanis*. – שָׁוְא, *vanitas*. Ies. LIX, 4. *πεποίθασιν ἐπὶ ματαίοις*.

*καὶ λαλοῦσι κενὰ*, confidunt *idolis*, et loquuntur impie. Iob. VII, 3. XV, 31. Ies. LIX, 4. et alibi. – שׁוֹקֵקָה verbale foem. *appetens*. Ps. CVI, 9. *ἐχόρτασε ψυχὴν κενὴν καὶ ψυχὴν πεινῶσαν*, saturavit animam *vacuam* s. *famelicam*. – שֶׁקֶר, *falsitas*. Ex. V, 9. *μὴ μεριμνάτωσαν ἐν λόγοις κενοῖς*, ne meditentur verba inania s. *falsa*. – תֹּהוּ, *inane*. Ies. XLV, 18. *Aqu.* 1 Sam. XII, 21. *Theod.* Ies. XLI, 29. – תֹהוּ וָבֹהוּ, *inane* et *vacuum*. *Aqu.* Ierem. IV, 23. *κενή*. Sap. I, 11. *κενὸν οὐ πορεύσεται*, non redibit *vacuus*, sed plenus et onustus poena. *Arabs: non iustificabitur*. Iudith. I, 11. *κενοὺς*, *re plane infecta*. Sir. XXXII, 4. *μὴ ὀφθῇς ἐν προσώπῳ κυρίου κενός*, ne compareas coram Deo *vacuis manibus*, h. e. *sine muneribus et oblationibus*. Conf. etiam *Dionys. Hal.* VII. c. 6. T. III. p. 1525. ed. *Reisk.* *ἡ ἐπὶ τὰ οἰκεῖα οὐ σὺν κεναῖς χερσὶν ἄφιξις*. Sap. I, 11. *φθέγμα λαθραῖον κενὸν οὐ πορεύσεται*, pro quibus postea dicit *ἀναιρεῖ τὴν ψυχὴν*, ubi *κενὸς* est *vacuus a poena*, *immunis*. Sir. XXII, 14. *διὰ κενῆς*, *temere*, *inaniter*, *leviter*, ubi nulla vel est necessitas, vel iusta utilitas.

ΚΕΝΟ'Σ 'ΑΠΟΣΤΡΕ'ΦΩ, *vacuus revertor*. נָשׂוֹג אָחוֹר, (שׂ pro ס) Niph. *avertor retrorsum*. 2 Sam. I, 22. *τόξον οὐκ ἀπεστράφη κενὸν*, ubi *κενὸν* de suo sensus causa addidisse videtur, ut sit *frustra* seu *sine effectu*.

ΕΙ'Σ ΚΕΝΟ'Ν 'ΕΛΠΙ'ΖΩ, *in vanum spero*. שׁוֹקֵקָה verbale foem. *appetens*. Ies. XXIX, 8. Vox hebr. habet h. l. hanc adiunctam notionem, ut sit: *frustra appetere*, *non consequi optata*.

ΚΕΝΑ' 'ΕΠΙΒΑ'ΛΛΩ, *vana iniicio*. הָבַל, *vanus fio*. Iob. XXVII, 12.

ΕΙ'Σ ΚΕΝΑ' ΚΑΙ' ΜΑ'ΤΑΙΑ, *in vana et inania*. הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *redire facio*. Iob. XX, 18. Qui restituere cogitur divitias et opes, is *εἰς κενὰ καὶ μάταια ἐκοπίασε πλοῦτον*.

ΚΕΝΟ'Ν ΠΟΙΕ'Ω, *vacuum facio*. הֶחְסִיר Hiph. *deficere facio*, *destituo*. Ies. XXXII, 6.

'ΡΗ'ΜΑΤΑ ΚΕΝΑ', *verba vana*. רִיר חַלָּמוּת, *albumen vitelli*. Iob. VI, 6. Vide supra s. *κενός*.

*ΚΕΝΟ'Ν *ΕΡΓΟΝ, *opus vanum*. Verba haec *Inc. Int.* Ierem. X, 3. in *Hexaplis Montf.* quidem referuntur ad מַעֲשֵׂה יְדֵי, *opus manuum*, sed mihi referenda potius videntur ad antecedens הֶבֶל, nisi statuere malimus, eum *κενὸν* sensus causa de suo addidisse. Vide supra s. *κενὸς ἀποστρέφω*.

ΚΕΝΟΤΑ'ΦΙΟΝ, *sepulchrum vacuum*, *tumulus inanis* seu *honorarius*, it. *simulacrum vanum*. תְּרָפִים plur: *idola*. 1 Sam. XIX, 13. 16. *ἔλαβε τὰ κενοτάφια*, ubi *Clericus* credit, Iudaeos graece loquentes vocasse statuas Deorum ethnicorum *κενοτάφια*, eo quod crederent, eos Deos homines fuisse, eosque fato functos, quamobrem statuas eorum quasi inania

eorum sepulcra habuerint, quia etiam cenotaphiis statuae imponi solebant eorum, quibus erant consecrata. Certe fatetur, se nullam aliam tam mirae translationis rationem comminisci posse. Iam ante eum *Bochartus Hieroz.* P. I. lib. II. c. 51. p. 623. docuit, imagines hic intellegi, quales cenotaphiis olim imponi solerent, quaeque absentem aliquo modo referrent. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* κενοτάφια exponuntur: τὰ ἐνδύματα τοῦ νεκροῦ. Apud *Suidam* post καινὸς vero ita: κενοτάφια τινὰ ἦσαν ἐλισσόμενα ὡς τύπος νεκροῦ. ἤτοι τὰ μὴ ἔχοντα ἐνδόθι νεκρόν. *Bochartus* l. c. et cum illo *Küsterus* ad *Suidam* pro ἐλισσόμενα reponendum censet πλασσόμενα, et alius quidam vir doctus pro τύπος mavult τόπος aut τάφος. Sed ἐλισσόμενα et τύπος agnoscunt etiam *Cyrilli*, *Photii* aliorumque Lexica. Hinc merito nihil mutandum putat *Alberti* not. ad *Gloss. Graec. in N. T.* p. 161.

*KENO'Ω*, *evacuo*, *exinanio*. אמלל Pih. *langueo*. Ierem. XIV, 2. αἱ πύλαι αὐτοῦ ἐκενώθησαν, portae eius *vacuae factae sunt*. Ibid. XV, 9. ἐκενώθη ἡ τίκτουσα ἑπτὰ, *vacua facta est*, quae peperit septem, h. e. *orbata liberis*. - *הסך רגלים, *tegere pedes*. *Aqu.* sec. *Procopium* et *Cod. Reg.* 1 Sam. XXIV, 4. κενῶσαι. Vide supra s. ἀποκενόω. - *נצל, *spolio*. *Syrus* Exod. III, 22. κενώσατε sec. *Procopium* in *Cat. Niceph.* pag. 590.

*KENTE'Ω*, *stimulo*, בוא, *venio*. *Aqu. Symm.* Ezech. XXI, 19. κεντοῦσα. Ita *Bielius*. Sed in *Hex. Montf.* refertur ad sequ. ברא, *elige*. Videtur ברא olim hanc significationem habuisse, certe in V. T., v. c. Ios. XVII, 15. 18. et Ezech. XXIII, 47. ut arab. برى *secare*, *caedere* notat. *Semlero* in *Ep. Crit.* ad h. l. p. 40. videtur κτίζουσα aut eius generis aliquid adfuisse. Confer quoque notas *L. Bos.* ad h. l. - ערך, *ordino*. Iob. VI, 4. κεντοῦσί με. Non male quoad sensum. Nam in textu hebr. legitur *instruunt*, sc. *aciem*. *Vulg. militant contra me*.

*KE'NTHMA*, *stimulus*. מדקרה, *transfossio*, *confossio*. *Symm.* Prov. XII, 18. *Theod.* habet κέντημα μαχαίρας. *Vulg.* mire de *gladio conscientiae* interpretatus est.

*KE'NTPON*, *stimulus*, *flagellum*. מתג, *fraenum*. Prov. XXVI, 3. Κέντρον pro *fraeno* posuisse videntur LXX, quod iumento tardiusculo maxime conveniat, quamvis non addicente vocabulo hebr. Verba graeca sunt: ὥσπερ μάστιξ ἵππῳ καὶ κέντρον ὄνῳ, quemadmodum scutica equo et flagellum s. stimulus asino. - קטב, *exitium*. Hos. XIII, 14. Respexerunt propriam notionem huius nominis ducti a verbo chald. קטב, *caedere*, et originem vocabuli κέντρον, a κεντεῖν, *caedere*, *pungere*: nisi forte secuti sunt aliam lectionem, v. c. עקרב,

nam ܥܘܩܣܐ est *stimulus.* Aliter rem expedit *Bois.* p.
T. I. - רָקָב, *putredo*, seu, ut aliis videtur, *teredo.* Ho
12. ὡς κέντρον τῷ οἴκῳ Ἰούδα, tanquam *stimulus* domui
Hic nonnullis קֹצֵב legisse videntur. Sir. XXXVIII, 27.
χρώμενος ἐν δόρατι κέντρου. *Hesych.* κέντρον, δόρυ, μάστιξ
τὸ ἐν σιδήρῳ ἀδαμάντινον. Conf. de h. v. *Schefferum* de re
lib. I. c. 14. p. 187. *Schoettgenii Schediasma de stimulo l*
*Francof. ad Viadr.* 1717. et *Lex. N. T.* s. h. v.

ΚΕ'ΝΩΜΑ, *inanitas, evacuatio, exinanitio.* תֹּהוּ, *i*
*Aqu.* Gen. I, 2. et Iob. XXVI, 7. - תֹּהוּ וָבֹהוּ, *inane e*
*cuum. Aqu.* Ier. IV, 23.

ΚΕΝΩ͂Σ, *inaniter, incassum, frustra.* לְרִיק, *in va*
Ies. XLIX, 4. κενῶς ἐκοπίασα, *frustra* laboravi. Confe
IV, 5. - רִיק. *Aqu.* Ps. II, 1. - *תֹּהוּ. Ἄλλος Ies. XL
Adverbium hoc neglectum est in *H. Stephani* aliisque
Vtitur Iacob. IV, 5. et *Arrian.* in *Epictet.* II, 17. p. 20

ΚΕΠΦΟ'ΟΜΑΙ, *leviter volito in modum cepphi,*
*marinae levissime volitantis*, et sec. *Polychronium* in
*tena Graec. spuma victitantis, et ad libidinem admodum*
*pensae, et quae est* εὐαπάτητος, *ac facile capitur:* me
*velociter eo, efferor, leviter circumagor.* פִּתְאֹם, e
Prov. VII, 22. ὁ δὲ ἐπηκολούθησεν αὐτῇ κεπφωθεὶς, ille
sequitur illam cepphi ad instar levissime volitans, h. e.
citer. Ita *Bielius.* Sed *Iaegerus* ad h. l. rectius statuit,
servasse *pelliciendi decipiendique* notionem verbi פָּתָה,
illud derivatur. Κέπφος enim, *lacus* s. *fulica*, imaginem
nis stulti et cupiditatis improbitate fascinati habet. C
*Schol.* ad *Aristoph. Plut.* v. 915. ubi vid. *Hemsterh*
Proverbium a κέπφῳ in hominem turpiter deceptum iact
litum attigit etiam *Erasmus Chil.* II, 2, 33. *Suidas:* κεπφ
ἐπαρθεὶς, ὀξέως ἐλαυνόμενος. *Hesych.* κεπφωθεὶς, ἐπα
ἀπατηθείς. *Bochartus Hieroz.* P. II. lib. II. c. 18. pag
tam apud *Suidam*, quam apud *Hesychium* legendum c
ἐπαχθεὶς, propterea quod apud *Hesychium* post v. κεφ
vox κεπφωθεὶς (quae ibi καταγελασθεὶς exponitur)
asseritur ἐπὶ τῶν ἀλόγου δίκην ἀνοήτως συνεπαγομένων. Se
in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* etiam κεπφωθεὶς exponatur
θεὶς κέπφου δίκην, ἐκ τῆς κουφότητος τοῦ νοῦ, *Bielius* cor
illud non audet, praesertim cum ἐπαρθεὶς cum κεπφ
bene satis conciliari possit. De ave autem, unde ve
nomen habet, ita *Hesychius:* Κέπφος, εἶδος ὀρνέου κου
του περὶ τὴν θάλασσαν διατρίβοντος, ὃ εὐχερῶς ὑπὸ ἀνέμω
τάγεται. ἔνθεν λέγεται ὀξὺς καὶ κοῦφος ἄνθρωπος κέπφος:
videndi sunt Intt. Confer quoque *Martinium in Lex. P*
in *Cepphus.*

*ΚΕΡΑΜΕΙ'ΟΝ*, *figulina officina*, vel *vas figulinum*. פארה, *ramus*. *Aqu.* Ies. X, 33. Sine dubio legit פרור, *olla*, a פור vel פרר. *Vulg. laguncula*m.

*ΚΕΡΑΜΕΥ'Σ*, *figulus*. יוצר, *formator*. 1 Par. IV, 23. Ps. II, 9. Thren. IV, 2. et alibi. *Theod.* Ies. LIV, 17.

*ΚΕΡΑΜΙΚΟ'Σ, *fictilis*, *figulinus*. פחר, *figulus*. *Alex.* Dan. II, 41. ὀστράκου κεραμικοῦ. Cf. *Zonarae Lex.* col. 1185. qui et κεραμεικὸς scribi observat.

*ΚΕΡΑ'ΜΙΟΝ*, *vas fictile*. בת, *bathus*. Ies. V, 10. — גביע, *scyphus*. Ierem. XXXV, 5. κεράμιον οἴνου, *vas vini*. Ita Marc. XIV, 13. κεράμιον ὕδατος, *vas aquae*. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. — נבל, *lagena*. Ierem. XLVIII, 12. *Inc.* 2 Sam. XVI, 1. *Hesych.* κεράμιον, τὸ τοῦ οἴνου ἢ ὕδατος σταμνίον.

*ΚΕ'ΡΑΜΟΣ*, *figularis terra*, *ex qua fictilia fiunt*. יוצר, *formator*. 2 Sam. XVII, 28. σκεύη κεράμου, *vasa testacea*, sensu eodem. *Hesych.* κέραμος, πίθος, καὶ πᾶν ὄστρακον.

*ΚΕΡΑΝΝΥ'Ω*, *ΤΜΙ*, *misceo*. מסך, idem. Prov. IX, 2. 5. Ies. V, 22. XIX, 14. *Hesych.* κεραννύντος, κιρνῶντος. Sunt qui verbum hoc a κέρας, *cornu*, derivant. Sed male. Vide mox notata in v. κέρας.

*ΚΕ'ΡΑΣ*, *cornu*, *ansula prominens*, *cornuum formam habens*, *pars extrema phalangis*, it. metaph. *robur*, *potentia*. מקצע, *angulus*. Ezech. XLI, 22. — נבל, *uter*, etiam *urceus*, *lagena*. *Aqu.* Ierem. XLVIII, 12. ubi alii κεράσματα habent. Nonnulli existimant, loco κέρατα forte reponendum esse κεραμεῖα, ut legisse videtur *Hieronymus*, qui reddit *lagunculas*, nimirum *testaceas*. Sed mihi potius κέρας h. l. significare videtur *lagenam* s. *poculum*, quia lagenae olim etiam cornuum formam habebant. Vide ad h. l. *Montfauc.* *Origenes* ad h. l. apud *Ghislerium* in *Catena* p. 838. τὰ κεράσματα, εἰς ἐπ' οἴνου ῥηθέντα. Ἀκύλας ἐξέδωκε κέρατα, ὅπερ ἀρχαῖον ποτηρίου ἐτύγχανεν εἶδος. κέρασι γὰρ ἔπινον, ὅθεν καὶ τὸ κεράσαι παρέμεινε. Sic et *Etymologicum M.* κεράσαι δέ ἐστι τὸ ἐπιχεῖν οἶνον, ἀπὸ παλαιοῦ ἔθους· πάλαι γὰρ ἐχρῶντο κέρασι ἀντὶ ποτηρίων. οὕτω Πείσανδρος καὶ Ὅμηρος Ἰλιάδος θ' (v. 189.)· οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν — ἀντὶ τοῦ ἐγχέασα εἰς κέρας. πρὸ γὰρ τοῦ εὑρεθῆναι τὴν τῶν ποτηρίων χρῆσιν, ἐν τοῖς κέρασιν ἔπινον. Et sane cornua olim poculorum loco fuisse eruditis sane probatum est. Vide *Stuckium antiqu. conviv.* lib. III. p. 349. *Coel. Rhodigin. antiqu. lectt.* XXX, 1. *Dempsterum* ad *Rosini Ant. Rom.* pag. 840 sequ. et *Spanhemium de usu et praest. numism.* Diss. V. pag. 558. Sed an κεράσαι, *miscere*, propterea inde nomen acceperit, ut praeter *Origenem*, *Etymol. M.* et alios *Athenaeus* etiam lib. II. c. 7. docuit, non immerito dubitat *Anonymus* in *Hist. Crit. reip. literar.* T. II.

p. 276. et ostendit, quod verbum *κεράω* potius sit ab hebr. בָּרַת, *misceo*, *immisceo*, et *κέρας* a קֶרֶן, *cornu*. Caeterum de vasis vinariis vocem *κέρατα* etiam h. l. accepit *Theodoretus*, et Auctor *Vers. Syr. Hexapl.* – *נֵזֶר, *corona*, *diadema*. *Inc.* Psalm. CXXXI, 18. teste anonymo in *Catena PP. GG.* in Psalm. T. III. p. 616. Causa huius versionis videtur in eo esse, quia *τὰ κέρατα* secundum *Gloss. MSS.* in *Proph.* *τὰ ἄκρα*, *τὰς ἐξοχὰς* significat. – קֶרֶן, *cornu*. 1 Sam. II, 1. *ὑψώθη κέρας ἐν θεῷ μου*, exaltatum est cornu in Deo meo, h. e. *vires* meae a Deo auctae sunt. 1 Sam. II, 10. *ὑψώσει κέρας τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ*, exaltabit cornu, h. e. augebit *robur* atque *potentiam* uncti sui. *Suidas* ad h. l. *κέρας σημαίνει καὶ τὴν δόξαν*. 1 Sam. XVI, 1. *πλῆσον τὸ κέρας σου ἐλαίου*, imple cornu tuum oleo. Vide et v. 13. ac 1 Reg. I, 39. 2 Sam. XXII, 3. *κέρας σωτηρίας μου*, cornu salutis meae. Vide et Psalm. XVII, 3. et conf. Luc. I, 69. et ad h. l. *Wolfium* p. 569 sequ. 1 Reg. I, 50. *ἐπελάβετο τῶν κεράτων θυσιαστηρίου*, apprehendebat cornua, h. e. *ansulas prominentes*, altaris. Vide et 1 Reg. II, 28. Ps. CXVII, 26. Amos. III, 14. E postremo loco *Gloss. MSS.* in *Proph.* *τὰ κέρατα*, *τὰ ἄκρα*, *αἱ ἐξοχαί*. *Iosephus* de *Bell. Iud.* l. VI. c. 5. de ara *κέρατα* eiusmodi habente: *ὁ βωμὸς τετράγωνος ἵδρυτο*, *κερατοειδεῖς προανέχων γωνίας*. Conf. *Spencerum* de *leg. hebr. rit.* lib. III. c. 4. sect. I. p. 676. Psalm. LXXXVIII, 17. *ὑψωθήσεται τὸ κέρας ὑμῶν*, exaltabitur cornu vestrum. Quae verba respiciens *Suidas*: *Κέρας*, *ἡ ἰσχὺς παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ*, *ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων τῶν καθωπλισμένων τοῖς κέρασι*, *καὶ τούτοις ἀμυνομένων*. *Suidam* hic *Theodoreti* interpretationem ad Ps. l. c. secutum esse observat *Küsterus*. Vide et Ps. LXXIV, 4. 5. 10. XCI, 10. CXI, 9. CXLVIII, 13. et conf. Iob. XVI, 15. ubi קֶרֶן reddiderunt *σθένος*. Ps. CXXXI, 18. *ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβὶδ*, ibi exoriri faciam cornu Davidi. *Theodoretus* ad h. l, et ex illo, notante *Küstero*, *Suidas* *κέρας* interpretatur *ἰσχυρόν τε καὶ μόνιμον*. Potest etiam ibi specialius exponi de *gloria* et *potentia regia*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *κέρας ἡ δόξα ἐστὶν καὶ ἡ δύναμις πολλάκις*. Idem: *κέρας πανταχῇ τὰ βασιλέων λέγεται*. Conf. *Suiceri Thes.* T. II. p. 90. Ies. V, 1. *ἀμπελὼν ἐγένετο ἐν κέρατι*, *ἐν τόπῳ πίονι*, vineam habebat in *loco sublimi* et pingui. Ierem. XLVIII, 25. *κατεάχθη κέρας Μωὰβ*, fracta est *potentia* Moabi. Vide et Thren. II, 3. Dan. VIII, 8. – *קֶרֶשׁ, *asser*, *tabula*. *Οἱ λοιποὶ* Ez. XXVII, 6. Aliquando putavi, fortasse legendum esse *κεραία σου*, *antenna tua*. Sed nunc mihi probabilius est, eos in mente habuisse ea, quae v. 15. leguntur, ubi vide var. lect. ed. *Bos.* Hoc saltem certum est, eos legisse קֶרֶן. 1 Macc. II, 48. *οὐκ ἔδωκαν κέρας τῷ ἁμαρτωλῷ*, h. e. peccatorem *dominari* vel *potentem esse* non sinebant. 2 Macc. XV, 20. *τῆς ἵππου κατὰ κέρας τεταγμέ-*

γης, equitatu ad *extremum* phalangis ordinato. Ita *Philostratus* de *vit. Apoll. Tyan.* Lib. II. c. 18. p. 69. κέρατα τῆς γῆς appellat *extrema terrae. Hesych.* κέρατα, τῆς φάλαγγος τὰ ἄκρα, καὶ μετώπου μέρος. *Suidas*: κέρας, τὸ μέρος τῆς φάλαγγος ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ τοῦ τόξου.

*ΚΕ'ΡΑΤΑ 'ΕΚΦΕ'ΡΩ, *cornua produco.* מַקְרִין Hiph idem. Ps. LXVIII, 56.

ΚΕ'ΡΑΣΜΑ, *mixtio, mixtura, mixta potio.* מִמְסָךְ *potus mixtus* aut *aromaticus. Aqu. Symm. Theod.* LXX Ies. LXV, 10. *Theod.* Prov. XXIII, 30. κεράσματα. — מֶסֶךְ idem. Ps. LXXIV, 7. Sed legendum ibi videtur: οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεκερασμένου, coll. Apoc. XIV, 10. — נֶבֶל, *lagena. Al.* Ier. XLVIII, 12. ubi vid. *Montf.* ac notata supra s. v. κέρας.

ΚΕΡΑ'ΣΤΗΣ, *cerastes, serpentis species cornuti.* מַקְרִין part. Hiph. *cornua producens. Symm.* Psalm. LXVIII, 32. — צִפְעֹנִי, *basiliscus.* Prov. XXIII, 32. Vide *Bochartum* P. II. lib. III. c. 12.

ΚΕΡΑΤΙ'ΖΩ, *cornu peto* vel *ferio, arieto, confligo, debello, vinco.* גּוּחַ, *prodeo.* Ez. XXXII, 2. ἐκεράτιζες ἐν τοῖς ποταμοῖς σου, *cornu petebas* in fluminibus tuis. Secutus est eos *Hieronymus*: *ventilabas cornu.* Permutasse videntur נגח cum נגה. — נָגַח, *cornu ferio.* Ex. XXI, 28. Deut. XXXIII, 17. *Inc.* et LXX 1 Reg. XXII, 11. Ps. XLIII, 7. ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν, inimicos nostros *debellabimus. Phavorin.* κερατιοῦμεν, καταγωνισόμεθα, ἀπὸ μεταφορᾶς ζώων, ἃ τοῖς κέρασι καταπαλαίουσι τὸν ἀντίπαλον. Adde Dan. VIII, 4. sec. *Chis.* — נֶגַח, *percutio.* Exod. XXI, 35. — צָהַל, *hinnio.* Ierem. L, 11. Metaphora h. l. desumta est a tauris lascivientibus, qui huc et illuc discurrentes cornua iactant.

ΚΕΡΑΤΙ'ΝΗ, sc. σάλπιγξ, *buccina*, a κεράτινος, *corneus, ex cornu factus.* יֹבֵל, *aries*, et h. l. *arietinus. Symm.* Ios. VI, 4. σάλπιγγας κερατίνας. Haeret quidem in hac versione *Scharfenbergius* ad h. l., sed sine idonea causa, ut videtur. Confer sequ. — שׁוֹפָר, *buccina cornu curvo, eoque fere arietino.* Ios. VI, 4. 2 Sam. XV, 10. 2 Par. XV, 14. et alibi. *Symm.* Ps. CL, 3. *Aqu. Symm.* Hos. V, 8. — תְּרוּעָה, *clangor. Inc.* Lev. XXV, 9. Quod autem in his aliisque locis vox σάλπιγξ in κερατίνη subaudienda sit, patet ex Ios. VI, 13. οἱ ἱερεῖς ἐσάλπισαν ταῖς κερατίναις σάλπιγξι, sacerdotes canebant tubis s. buccinis arietinis.

ΚΕΡΑΤΙΣΤΗ'Σ, *cornupeta, qui cornu ferit.* נַגָּח, *cornupeta.* Exod. XXI, 29. 36.

ΚΕΡΑΤ'ΝΙΟΣ, sc. λίθος, *ceraunius lapis.* בָּרֶקֶת, *smaragdus. Symm.* Exod. XXVIII, 17. Lat. *ceraunia gemma*, de qua videndi *Plinius* XXXVII. cap. 9. *Drusius* in *Fragm.* p. 165. ac *Ed. Bernard.* ad *Ioseph. A. I.* p. 181.

*ΚΕΡΑΥΝΟ'Σ, fulmen.* בָּרָק, idem. Iob. XXXVIII, 35. Sap. XIX, 13. 1 Macc. X, 30.

*ΚΕΡΑΥΝΟ'Ω ΒΙΑΙ'ΩΣ, fulmino vehementer.* נֶפֶץ, *dispersio.* Ies. XXX, 30. ubi sermo est de dissipatione, seu iactu fulminum.

*ΚΕΡΔΑΙ'ΝΩ, lucror.* בֶּצַע, *lucrum. Symm.* Iob. XXII, 3. *κερδανεῖ.*

*ΚΕ'ΡΔΟΣ, lucrum.* בֶּצַע, idem. *Symm.* Mich. IV, 13. *Aqu.* Gen. XXXVII, 25. In loco *Michae κέρδος* significat *lucrum turpe cum iniuria acquisitum. Vulg. rapina.* – שָׂכָר, *merces. Symm.* Cohel. IV, 9. Mich. IV, 13.

**ΕΙ'ΜΙ' ΕΙ'Σ ΚΕ'ΡΔΟΣ.* בָּזַז, *diripio. Inc.* Ies. X, 2. Libere vertit.

*ΚΕΡΕΙ'ΝΟ'Σ, corneus, hircus.* עַתּוּר, *hircus. Aqu. Symm. Quint. Ed.* Ps. XLIX, 9. *Aqu.* Deut. XXXII, 14. Adde Psalm. LXV, 15. ubi *κερείνων*, quod *οἱ λοιποὶ* habent, a *Montfauconio* quidem ad אֵילִים refertur, sed vere pertinet ad עַתּוּדִים in fine commatis. Vide supra notata ad *καίριος*.

*ΚΕ'ΡΚΙΟΝ, cauda.* אַלְיָה, idem. *Symm. Theod.* Lev. VII, 3. VIII, 25.

*ΚΕ'ΡΚΟΣ, cauda animalis.* אָזְנַיִם dual. *aures.* Prov. XXVI, 17. *ὥσπερ ὁ κρατῶν κέρκου κυνός*, ubi זנב in libro int. extitisse videbatur *Montfauconio Praelim.* ad *Hexapla.* Sed potius, libertate sua usi, caudam pro auribus posuerunt, sensu proverbii non mutato. Nam qui canem praetereuntem prehendit auribus aut cauda, ipse sibi detrimentum infert. Confer quoque *Bocharti Hieroz.* T. I. p. 792. ed. *Rosenm.* – אַלְיָה, *cauda.* Exod. XXIX, 22. – זָנָב, idem. Exod. IV, 4. Iud. XV, 4. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* κέρκος, οὐρὰ, τέλος. *Gloss.* in *Octat.* κέρκος, οὐρά.

*ΚΕ'ΡΚΩΨ, pr. caudatus, magnam caudam habens,* metaph. *astutus, versutus, veterator,* singulatim *adulator,* a κέρκος et ὤψ, quasi *qui caudam habet in facie,* aut *caudatus.* נִרְגָּן part. Niph. *murmurans.* Prov. XXVI, 22. *λόγοι κερκώπων* (ita iuxta ed. *Francof.* In *Rom.* rectius legitur *κερκώπων.*) *μαλακοί*, verba *versutorum* blanda. *Hesych.* κερκώπων, δολίων, πονηρῶν, κατααπόντων (G. καταακόπων), κακούργων, πετηλγων. Idem: κέρκωπες, ποικίλοι, πονηροὶ, πανοῦργοι, ubi vide Intt. *Suidas:* κέρκωπες, πανοῦργοι, δόλιοι, ἀπατεῶνες, κόλακες, οἳ, καθάπερ ἡ ἀλώπηξ τοὺς θηρατικοὺς κύνας ἀπατᾷ, τοὺς ἁπλουστέρους φενακίζουσι τῷ κέρκῳ τῶν λόγων. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* κερκόπων, δολίων, ἀπαταιώνων, κολάκων. Idem: κέρκωψ, παιγνιώδης. Cercopes circa Lydiam admodum fraudulenti fuerunt. Conf. *Martinii Lexic. Philol. s. h. v.*

**ΚΕΦΑ'Ζ.* פָּז, *aurum optimum.* Cant. V, 10. χρυσίον κεφάζ. Retinuerunt vocem hebr., sed corruptam. Forte lege-

runt צבי, et reddiderunt *καὶ φαζ*, quod postea mutatum fuit in *κεφαζ*.

*ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ*, *caput*, *principium*, *summa*. ראש, *caput*. Lev. VI, 4. *ἀποτίσει αὐτὸ τὸ κεφάλαιον*, restituet ipsam *summam*. Vide et Num. V, 7. ac conf. *Wolfium* ad Act. XXII, 28. p. 1329. Num. IV, 2. *λάβε τὸ κεφάλαιον τῶν υἱῶν Καάθ*, accipe *summam* filiorum Kaath. Vid. et Num. XXXI, 42. Num. XXXI, 26. *λάβε τὸ κεφάλαιον τῶν σκύλων τῆς αἰχμαλωσίας, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους*, accipe *summam* spoliorum captivitatis, ab homine usque ad pecus. Conf. Ex. XXX, 12. ubi ראש, quod ibi *κεφάλαιον* reddunt, *συλλογισμὸν* interpretantur. – ראשית, *initium*. *Aqu.* Gen. I, 1. XLIX, 3. 1 Sam. XV, 21. *Aqu. Symm. Theod.* Iob. XL, 14. Cf. *Franc. Duoaeum* ad Gen. l. c. et *Drusium* in *Fragm.* p. 69.

*ΚΕΦΑΛΑΙΟ'Ω*, *summatim colligo*, *summatim refero*, *in summam redigo*. Sir. XXXII, 9. *κεφαλαίωσον λόγον*, *summatim refer* sermonem. Addit *ἐν ὀλίγοις πολλά*. *Hesych.* *κεφαλαίωσον*, *συντόμως συνάγαγε*. *Suidas*: *κεφαλαίωσον*, *συντόμησον*, *συνάγαγε*. Ita et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* nisi quod pro *συντόμησον* habeat *συντόμισον*.

*ΚΕΦΑΛΗ'*, *caput*, *fastigium*, *princeps*, *cohors*. *בָּשָׂר, *caro*. *Hebraeus* Iob. IV, 15. *ἔφριξαν αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς μου*. Vsus est formula magis recepta ea, quae in textu hebr. legitur: *inhorruerunt pili carnis meae*. Nam *caro* s. *corpus* h. l. ponitur pro *capite*, totum pro parte. – *גלות, *orbes*. 2 Par. IV, 12. sec. cod. *Vat.* Intelleguntur h. l. cavitates rotundae coronamentorum columnarum aenearum, quae, quia complectebantur *summitatem* columnarum, recte *κεφαλαὶ* dici poterant. – גֻּלְגֹּלֶת, *calvaria*. Exod. XVI, 16. XXXVIII, 35. Num. I, 3. et alibi. – *כַּף, *vola*. Iud. VIII, 15. sec. *Oxon.* ubi *κεφαλὴ* *arcem* s. *locum admodum munitum* significare videtur. – מראשות plur. *principatus*. Ierem. XIII, 18. Legerunt מְרַאשׁוֹתֵיכֶם. *Hieron. a capite vestro*. – מַחְאשׁוֹת plur. *cervicalia*. Gen. XXVIII, 11. 18. 1 Sam. XIX, 13. 1 Reg. XIX, 6. – *מִשְׁמֶרֶת, *custodia*. 2 Reg. XI, 6. sec. *Compl.* ubi *κεφαλὴν* vitiose pro *φυλακὴν* legi videtur. – נֵזֶר, *coma*. Num. VI, 19. Ier. VII, 28. *Inc.* Num. VI, 19. – נֶפֶשׁ, *anima*. Ies. XLIII, 4. Apud Latinos quoque *caput* pro *vita* haud raro ponitur, et ita h. l. *κεφαλὴ* sumendum est. – פַּז, *aurum solidum*. Cant. V, 12. Sc. *κεφαλὴ* *omne* notat, *quod est in suo genere praestans et eximium*. – *פְּרָעוֹת, *ultiones*. Iud. V, 2. apud *Symmachum*. Vocem hebr. nonnulli h. l. interpretantur per *principes*, *duces*. Vide *Simonis Lex.* s. h. v. – קָדְקֹד, *vertex*. Iob. II, 7. – ראש. Gen. VIII, 5. *ὤφθησαν αἱ κεφαλαὶ τῶν ὀρέων*, conspiciebantur *fastigia* montium. Vide et Iud. IX, 25. Vnde *Gloss.* in *Octat.* *κεφαλὰς ὀρέων*, *τὰς κορυφάς*. Gen. XI, 4. *πύργον*, *οὗ κεφαλὴ*

ἔσται ἕως τοῦ οὐρανοῦ, turrim, cuius *fastigium* pertingat usque ad coelum. Vide et Gen. XXVIII, 12. Iud. V, 30. εἰς κεφαλὴν ἀνδρὸς, *unicuique viro.* Iud. IX, 25. Iud. XI, 11. κατέστησεν αὐτὸν ὁ λαὸς εἰς κεφαλὴν, h. e. εἰς ἀρχηγὸν, ut in sequ. explicatur. Thren. I, 5. ἐγένοντο εἰς κεφαλὴν, h. e., ut *Symm.* interpretatur, ἄρχοντας, *principes.* Vide et Iud. X, 18. XI, 8. et conf. Eph. I, 22. Col. II, 10. 2 Sam. I, 16. τὸ αἷμά σου ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου, *tibi ipse mortem arcessivisti.* Vide et 1 Reg. II, 33. 34. 38. Ezech. XXXII, 4. et conf. notata in αἷμα et ἔνοχος. 1 Reg. II, 45. ἀνταπέδωκε Κύριος τὴν κακίαν σου ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου, retribuit Dominus malitiam tuam *in caput tuum*, h. e. *in te ipsum.* Conf. Esth. IX, 25. ubi על־ראשו LXX reddunt ἐπ᾽ αὐτόν. 2 Par. VI, 23. Neb. IV, 4. Ps. VII, 17. LXV, 10. Prov. X, 7. Hab. III, 11. Psalm. CXVII, 21. οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, hic factus est in *caput anguli*, s. *lapis angularis.* Ies. IX, 14. ἀφεῖλε Κύριος ἀπὸ Ἰσραὴλ κεφαλὴν καὶ οὐρὰν, auferet Dominus ab Israele *caput et caudam*, h. e. *penitus exstirpabit.* *Al.* Iob. I, 17. οἱ ἱππεῖς ἐποίησαν ἡμῖν κεφαλὰς τρεῖς, equites fecerunt contra nos tres *cohortes.* *Olympiodorus:* τὸ δὲ κεφαλὰς τρεῖς ἀντὶ τοῦ διέταξαν ἑαυτοὺς οἱ πολέμιοι εἰς ἀρχὰς καὶ τάγματα τρία. οὕτω γὰρ Ἀκύλας ἐκδέδωκεν· οἱ χαλδαῖοι ἔθηκαν καθ᾽ ἡμῶν τρεῖς ἀρχάς. Confer notata supra in v. ἀρχὴ post hebr. ראש ex Iud. VII, 16. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* κεφαλὰς τρεῖς, τριχῇ διαιρεθέντας. – ראש chald. Dan. II, 28. 32. III, 38. et alibi. Legitur praeterea Prov. X, 22. ubi verba ἐπὶ κεφαλῆς δικαίου, quibus nihil respondet in textu hebr., e v. 6. repetita putat *Iaegerus* ad h. l., qui omnino videndus est. Num. I, 44. sec. cod. *Oxon.* ubi κεφαλὴ est *auctor, pater tribus*, ac ponitur pro φυλὴ, quod reliqui libri habent. *Iac.* Amos. V, 11. ubi κεφαλὰς de suo addidit. Sus. v. 54. ἐψεύσω εἰς τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν, mentitus es in proprium tuum caput, h. e. adversus *temet ipsum.* Sir. XI, 1. κεφαλὴν ἀνυψοῦν, *ad honorem et dignitatem evehere.* Conf. Gen. XL, 13. Sir. XX, 11. κεφαλὴν αἴρειν, *levare caput*, pro *exaltari, ad divitias et honores pervenire.* Iudith. VIII, 13. ubi κεφαλὴ etiam de *mortuis* usurpatur, coll. 1 Reg. XVII, 54. et 2 Reg. IV, 18. Vide *Trilleri* nott. ad *Thom. Mag.* p. 527 sequ. Sirac. XII, 17. κινεῖν τὴν κεφαλὴν, *irridere aliquem*, coll. XIII, 9. et Psalm. XXII, 8. Iob. XVI, 4. Sir. XXV, 15. οὐκ ἔστι κεφαλὴ ὑπὲρ κεφαλὴν ὄφεως, ubi Int. hebr. ראש, quod h. l. *venenum* notat, male per κεφαλὴν reddidisse videtur. Potest tamen quoque reddi: *nullum est caput capite serpentis nocentius. Hesych.* κεφαλὴ, τὸ σύνηθες, καὶ ὄνομα, σῶμα, ψυχὴ, ὕψος.

*ΚΕΦΑΛΗΣ ΔΕΡΜΑ*, *capitis pellis.* *Al.* 2 Macc. VII, 7.

*ΚΟ'ΜΗ ΤΗ͂Σ ΚΕΦΑΛΗ͂Σ, coma capitis.* ראשׁ, *caput.* Iob. I, 20. - פְּאַת רֹאשׁ, *angulus capitis.* Lev. XIX, 27. Vide et Drac. v. 43.

*ΚΑΤΑ' ΚΕΦΑΛΗ͂Σ,* sc. *ἔχων κάλυμμα, in capite operimentum habens.* חָפוּי, *opertus.* Esth. VI, 12. *λυπούμενος κατὰ κεφαλῆς*, lugens *in capite operimentum* s. *vestimentum habens.* Conf. quae dicta sunt s. v. *ἐπικαλύπτω.*

*ΚΟ'ΣΜΟΣ ΤΗ͂Σ ΚΕΦΑΛΗ͂Σ, ornatus capitis.* מִקְשָׁה מַעֲשֶׂה, *opus pexum.* Ies. III, 23.

*ΚΛΗ͂ΣΙΣ*, *vocatio*, *invitatio*. קָרָא, *voco*. Ier. XXXI, 6. *ἡμέρα κλήσεως*, dies vocationis. Iudith. XII, 11. *οὐκ ἐκάλεσε εἰς τὴν κλῆσιν οὐδένα κ. τ. λ.*, ubi *κλῆσις* ad imitationem arab. علالة notat *coenam s. convivium, ad quod quis invitatur*, quemadmodum Rom. XI, 29. *κλῆσις θεοῦ* vocantur *χαρίσματα*, quae Deus hominibus per religionem christianam offert. De *invitatione ad coenam* adhibetur 3 Macc. V, 14. *ὁ πρὸς ταῖς κλήσεσι τεταγμένος*, i. e. *cuius officium erat convivas invitare, deinde eosdem, ubi adventassent, excipere, qui una voce κλήτωρ dicitur*. Vide ad h. l. *Grotium*.

*ΚΛΗΤΕ'ΟΣ*, *vocandus*. *Ep. Ierem.* v. 35. et 53.

*ΚΛΗΤΟ'Σ*, *vocatus*, *invitatus*. מִקְרָא, *convocatio*. Ex. XII, 16. *ἡ ἡμέρα ἡ ἑβδόμη κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν*, dies septima *vocata* sancta erit, h. e. *κατ' ἐξοχὴν*, per eminentiam, singulari modo et celebritate quadam sancta erit vobis. *Lex. Cyrilli MS.* et *Phavor.* *κλητή*, *ἡ καλεστὴ καὶ ἡ ἐξοχωτάτη*, *ὡς τὸ*, *αὕτη ἡ κλητὴ καὶ ἁγία ἡμέρα*. Vide et Lev. XXIII, 2. 4. 21. 24. 27. 37. et *Aqu.* Ies. I, 13. et quae *Drusius* ad h. l. in *fragm.* p. 378. ex *Procopio* notat, ac conf. v. *ἐπίκλητος* supra, et Exod. XII, 16. ac Rom. I, 7. 1 Cor. I, 2. – מֵרֵעִים plur. *socii, sodales*. *Al.* Iud. XIV, 11. *ἔλαβον τριάκοντα κλητοὺς*, sumebant triginta *vocatos*, vel *invitatos*, scil. ad *nuptias*. *Vulg. sodales*. Sic *κλητὸς* apud *Aeschinem* et *παρακληθεὶς* apud *Athen.* lib. V. et *vocatus* apud *Martialem* pro *invitato* usurpatur. Vide *Fesselii Advers. Sacr.* lib. IV. c. 3. pag. 524. – קָרָא part. Pah. 2 Sam. XV, 11. 1 Reg. I, 41. 49. *οἱ κλητοὶ τοῦ Ἀδωνίου*, *vocati* ab Adonia, sc. *ad convivium*. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. I, 13. – קָרָא, *voco*. *Symm. Theod.* Prov. IX, 18.

**ΚΛΗ͂ΤΟΣ*. עַם, *populus*. *Aqu.* 1 Sam. XIV, 38. *εἰς τὰς γωνίας τὸ κλῆτος*, h. e. interprete *Montfauconio in angulos multitudo*, qui in nota subiecta addit: *κλῆτος multitudinem* (ratus nempe, *κλῆτος* a *καλεῖν* deducendum esse) interdum, itemque *gloriam s. decus* significat. *Symm.* *τοὺς μεγάλους*, sc. *λαοῦ*. Sed versio *Aquilae* mihi admodum suspecta est, nec, quo fundamento nitatur observatio *Montfauconii*, equidem video. Vide ad h. l. *Scharfenbergium* et *Montf. Lex. hex.* s. v. *κλῖμα*. Suspicor equidem, *τὸ πλῆθος* reponendum esse.

*ΚΛΙ'ΒΑΝΟΣ*, *clibanus*, *furnus minor*, *fornax*, i. q. *κρίβανος*. תַּנּוּר, idem. Gen. XV, 17. Lev. II, 4. XXVI, 26. et alibi. Pertinet huc etiam locus Exod. VIII, 3. ubi LXX verborum ordinem perverterunt. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. XXXI, 9. *Suidas*: *κλίβανος*, *ἡ κάμινος*, *ἑστία*. Vide *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 176.

*ΚΛΙ'ΜΑ*, *regio*, *tractus*, *plaga*, *latus*, *angulus*. *נוף, *eminentia*, *globus*. Psalm. XLVII, 2. Sed quia נוף nunquam de Geographorum *climate* ponitur, videtur reponendum esse κλῆμα, *sarmentum*, *palmes*, *ramus*. – נטישות plur. *propagines*. Ier. XLVIII, 32. Hic quoque reponendum videtur κλήματα. – פאה, *angulus*, *latus*. *Aqu*. Lev. XIX, 27. κλίμα τῆς κεφαλῆς. Hic quoque in Cod. *Basil*. κλῆμα legitur, quod *Montf*. tueri conatur, mire haec explicans: *non circumpones capiti tuo palmites s. coronam palmitum*. *Symm*. Num. XXIV, 17. – פנה, *angulus*. Iud. XX, 2. *Suidas*: κλίμα, τόπος. Vide quoque ex Ies. XVI, 8. notata supra s. v. κλῆμα.

*ΚΛΙΜΑΚΤΗ'Ρ*, *gradus scalae*. מעלה, *ascensus*, *gradus*. Ezech. XL, 23. XLIII, 17. *Hesych*. κλιμακτῆρες, οἱ τῆς κλίμακος βαθμοί.

*ΚΛΙ'ΜΑΞ*, *scala*, *gradus*. מעלה, *ascensus*, *gradus*. Nehem. III, 15. XII, 36. – סלם, *scala*. Gen. XXVIII, 12. — De *scala*, *quae est urbium expugnandarum instrumentum*, *s. machina bellica* (*Sturmleiter*), legitur 1 Macc. V, 30. αἴροντες κλίμακας καὶ μηχανὰς καταλαβέσθαι τὸ ὀχύρωμα. 1 Macc. XI, 59. ἀπὸ τῆς κλίμακος Τύρου ἕως τῶν ὁρίων Αἰγύπτου. Codex *Alex*. habet κλίματος pariter ac *Syrus* vertens *a finibus terrae*, quae lectio emendatio librarii ex ignorantia esse videtur. Κλίμαξ Τύρου vel, ut a *Iosepho* (*B. I.* II, 10. p. 169. *Hav*.) vocatur, Τυρίων est mons prope maris mediterranei oram medius inter urbes Ptolemaidem et Tyrum situs, altus et praeruptus. Vid. ad h. l. *Michaelis*.

*ΚΛΙ'ΝΗ*, *lectus*. מטה, idem. 2 Reg. XI, 2. ἐν τῷ ταμείῳ τῶν κλινῶν, *in conclavi lectorum*, h. e. *in cubiculo*. Vide et 2 Par. XXII, 11. Gen. XLVIII, 2. XLIX, 32. – משכב, *lectus*, *cubile*. Exod. XXI, 18. 2 Sam. IV, 11. 2 Par. XVI, 15. – ערש, *sponda*, *lectus tecto instructus*. Deut. III, 11. Iob. VII, 13. Cant. I, 6. In posteriore loco in cod. *Vat*. perperam legitur πρὸς κλίνη, pro quo *Complut*. πρὸς κλίνην habet. Sine dubio scribendum est προσκλινὴ, quasi dicat *acclinatio nostra*, quomodo reddidit *Ambrosius*. Sir. XXIII, 23. ubi de *lecto coniugali* dicitur. Iudith. VIII, 3. ἔπεσεν ἐπὶ τὴν κλίνην, *in morbum incidit*. Vide *Lex*. *N. T.* s. v. κλίνη.

*ΚΛΙΝΤΗ'Ρ*, *sella ad reclinandum*, *lectica*, *lectus*. צב. *Symm*. Ies. LXVI, 20. κλιντῆρσι. Recte. Nam צבים sunt *currus tecti*, aut *sellae tecto obductae*, *hominibus deportandis aptae*, a ضبّ, *obduxit*, *texit*, *clausit*. *Hesych*. κλιντὴρ, δίφρος ἀνάκλιτος. Idem: κλιντῆρες, δίφροι, κλῖναι.

*ΚΛΙ'ΝΩ*, *inclino*, *reclino*. אט, *lente*. 1 Reg. XXI, 17. ἐπορεύθη κεκλιμένος. Ita quoque *Inc*. *Vulg*. *et ambulavit demisso capite*. Sensum expressisse videntur. Confer. *Simonis Lex. hebr*. p. 109. Fieri tamen quoque potuit, ut in suo co-

dice legerint נִטֵּשׁ; coll. Ps. LXII, 4. et CII, 12. Ed. *Compl.* habet κεκυφώς. – הִגִּיר Hiph. a נָגַר, *fundo.* Ps. LXXIV, 8. ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο, ubi pro εἰς τοῦτο legendum videtur εἰς τούτους. Calix si inclinatur, tunc effunditur vinum, *inclinare poculum* autem est h. l. *propinare.* – הִשְׁכִּיב Hiph. a שָׁכַב, *cubare facio.* Iob. XXXVIII, 37. οὐρανὸν εἰς γῆν ἔκλινε. Κλίνειν εἰς γῆν, si de nubibus, ut h. l., sermo est, notat *efficere, ut pluviam demittant*, et שָׁכַב in l. arab. (سكب) habet notionem rariorem, ut sit *effundere.* Vide Exod. XVI, 13. ubi de *effusione roris* dicitur. Alii vertere malunt: *coelum circa terram quis in orbem curvavit, ut ei quasi incumbere videatur?* – *חָסַךְ, *per circuitum vel ambitum diverto. Aqu.* Cant. V, 6. ἔκλινεν, *subduxit se.* – יָרַד, *descendo.* Iud. XIX, 11. ἡ ἡμέρα κεκλικυῖα σφόδρα, sc. εἰς ἑσπέραν, dies *valde inclinata* in vesperam. Ita quoque *Inc.* – *כֵּן, *recte.* Ies. XXXIII, 23. ἔκλινεν. Legerunt לֹא כֵן, *non firme stat.* – כָּרַע, *incurvo me.* Esdr. IX, 5. κλίνω (sc. ἐμαυτὸν) ἐπὶ τὰ γόνατά μου, *inclino me*, h. e. *procumbo* in genua mea. *Al.* 1 Reg. VIII, 55. – מוֹט, *moveor.* Ps. XLV, 7. ἔκλιναν βασιλεῖαι, *inclinarunt* regna, sc. *ad interitum.* Non opus est statuere, eos loco מָטוּ legisse נָטוּ. Confer quoque Ps. CIII, 6. – נָדַד, *recedo.* Zach. XIV, 4. – *נוּס, *fugio. Symm.* Cant. II, 17. κλιθῶσιν αἱ σκιαί. *Aqu.* ib. V, 6. Num fortasse נָטוּ legerunt a נָטָה? Sed κλίνεσθαι quoque *in fugam verti* notat ad imitationem hebr. הָטָה. – נוּעַ, *moveor.* Ies. XXIV, 20. ἔκλινεν, sc. ἑαυτὸν, *inclinabat se, nutabat.* – נָטָה: הָטָה, Kal et Hiph. Iud. IX, 3. ἔκλινεν ἡ καρδία αὐτῶν ὀπίσω Ἀβιμέλεχ, *inclinabat cor illorum post Abimelechum*, h. e. *efficiebat, ut Abimelecho faveret s. a partibus eius staret.* Vid. et 1 Reg. II, 28. Iud. XVI, 30. sec. *Alex. Ald. Compl.* 2 Reg. XIX, 16. κλῖνον, κύριε, τὸ οὖς σου, *inclina*, Domine, aurem tuam. Vide et Ps. XVII, 7. XXX, 2. Ps. CI, 12. αἱ ἡμέραι μου ὡσεὶ σκιὰ ἐκλίθησαν, dies mei, tanquam umbrae, inclinati sunt, h. e. vita mea similis est umbrae inclinatae, seu: mox finem habebit. Ierem. VI, 4. κέκλικεν ἡ ἡμέρα, sc. εἰς ἑσπέραν, h. e. *vesperascit.* Psalm. XX, 12. κλίνειν εἰς τινὰ κακὰ est *consilia impia capere contra aliquem.* Metaphora desumta est a venatoribus, qui plagas et retia tendunt feris. Nam נָטָה est quoque *tendere.* – נִמְשַׁךְ, *extendo me.* 1 Sam. IV, 2. – *עָשָׂה. Vide infra s. v. עָשָׂה. – עֶרֶשׂ, *lectus.* Amos. III, 12. ubi tamen *Drusius Miscell. Cent.* I. c. 42. non praeter rationem suspicatur, quod pro ἐν Δαμάσκῳ κλινεῖ ἱερεῖς LXX primum scripserint ἐν Δαμάσκου ἄρες vel ἔρες, in alia vero editione pro hoc lectum sit ἐν Δαμάσκου κλίνῃ, h. e. *in Damasci grabbato* iuxta *Hieronymum*, atque inde κλινεῖ corrupte τοῖς ὁ insertum sit pro κλίνῃ. – עָשָׂה, *facio.* 1 Sam. XIV, 32. ubi ἐκλίθη an cum *Bielio* ad

lectionem textualem וַיֵּשֵׁט, aut cum reliquis Intt. ad marginalem וַיַּעַשׂ (ab עָשָׂה, quod praeter alia notat *cum impetu ferri, invehi, involare*) referendum sit, vix definiri poterit. Nam, ut *Schultensius* ad Prov. XXXI, 30. docuit, עָשָׂה proprie est *incumbere*, et in l. arab. غشى *deflectere*, etiam *irruere* notat. Confer quoque *Fischeri Prol. de vers. gg. V. T.* p. 160. — *פּוּר : הִתְפֹּרֵר. *Theod.* Ies. XXIV, 19. κλινομένη κλιθήσεται ἡ γῆ, sec. *Montf. in fugam acta fugiet terra.* Sed possunt haec verba eodem iure quoque ad sequentia מוֹט הִתְמוֹטְטָה, aut ad נוּעַ תָּנוּעַ v. 20. referri, in quo posteriori loco etiam LXX voce κλίνειν usi sunt. — פָּנָה, *respicio.* Iud. XX, 42. ἔκλιναν ἐνώπιον ἀνδρὸς Ἰσραὴλ, *terga dederunt* Israelitis. Recte, hunc enim sensum habet h. l. פָּנָה. Ier. VI, 4. κέκλικεν ἡ ἡμέρα. *Inc.* 1 Sam. X, 9. — צָעָה : צָעָה, Kal et Pih. *perago, peregre ago.* Ier. XLVIII, 12. Respexerunt notionem *inclinandi*, quam habet vox hebr. Vide *Simonis Lex. hebr.* p. 1378. *Arabs* loco κλίνοντας et κλινοῦσι legit κρίνοντας et κρινοῦσι. — רָפָה, *deficio. Inc. et LXX* Iud. XIX, 9. κέκλικεν ἡμέρα εἰς ἑσπέραν, dies inclinavit in vesperam. Ex hoc loco patet, quod in verbis paulo ante ex Iud. XIX, 11. IX, 3. Ier. VI, 4. adductis, ut et Luc. IX, 12. XXIV, 29., εἰς ἑσπέραν subaudiendum sit. Conf. et *Raphelii not. Polyb.* p. 201. — שָׁחַח, *incurvo me. Aqu.* Cohel. XII, 4. κλιθήσονται. Sir. IV, 8. et VI, 35. κλίνειν τὸ οὖς, *benevolas praebere aures.* Sir. XV, 4. LI, 22. ubi κλίνειν τὸ οὖς *attentum esse* notat.

*ΚΛΙΣΙ'Α, proprie *accubitus*, deinde *locus*, *ubi accumbitur*, *sella*, *tentorium.* 3 Macc. VI, 31. τόπον κλισίας κατεμέρισαν, locum tabernaculorum divisere, h. e. tentoria, tabernacula ibi fixerunt. *Hesych.* κλισία, κλίνη, σκηνή. *Plutarch.* de *discrim. am. et ad.* c. 22. *Ioseph. A. I.* XII, 2. p. 594. *Haverc.* κλισίαν ποιεῖν de *struenda mensa*, vel potius de *pulvinaribus mensae apponendis.* Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΚΛΙ'ΣΙΣ, *inclinatio.* יַרְכָה, *latus.* Ps. CXXVII, 3. ἐν ταῖς κλίσεσι τῆς οἰκίας, in *lateribus* domus.

ΚΛΙ'ΤΟΣ, *latus*, *plaga*, *angulus*, *extremitas.* *יָד, *manus*, etiam *latus.* 2 Sam. XVIII, 4. sec. *Compl.* ubi κλίτος aut est glossema, aut alius interpretis. — יָרֵךְ, *femur*, etiam *latus*, *terminus*, *angulus.* Exod. XL, 20. 22. — כָּתֵף : כָּתֵף, *latus.* Exod. XXVII, 14. 15. Ezech. XLVII, 1. 2. — מִקְצוֹעַ, *angulus.* Ezech. XLVI, 22. κατὰ τὰ κλίτη τῆς αὐλῆς, ad latera atrii. *Gloss. MS. in Ezech.* τὰ κλίτη, τὰ πλευρά. — פֵּאָה, idem. Exod. XXVI, 18 XXVII, 9. 11. et alibi saepius. — פַּעֲמוֹת plur. *anguli.* Exod. XXV, 12. ἐπὶ τὰ τέσσαρα κλίτη αὐτῆς, ad quatuor angulos eius. *Lex. Cyrilli MS. Brem* κλίτη, κλίματα, γωνίας. Exod. XXXVII, 3. — צַד. Ps. XC, 7. πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιάς, cadent ex *latere* tuo mille. Apud *Suidam*

ex h. l. κλίτος exponitur *μέρος πλάγιον*. Exod. XXV, 32. XXXVII, 19. - צֵלָע, *latus*. Exod. XXV, 12. 14. XXVI, 20. 27. et alibi. Adde *Inc.* et LXX sec. *Compl.* 2 Sam. XVI, 13. ubi reliqui habent πλευρά. - קָצֶה masc. *finis*. Exod. XXVI, 28. et XXXVI, 30. - קָצָה foem. idem. Exod. XXV, 18. 19. 20. et alibi. - רְחוֹב, *platea*, h. l. *area*. 2 Par. XXIX, 4.

**ἈΠΟ' ΤΟΥ ΚΑΙ'ΤΟΥΣ**, *a latere*. מִמּוּל, *e regione*. 1 Reg. VII, 38.

**ΚΛΟΙΟ'Σ**, *vinculum*, *quod collo circumdatur*, *iugum*, *collare*, *torques*, *catena*. מוֹטָה, *iugum*. Ierem. XXVII, 1. XXVIII, 10. 12. 14. *Theod.* Ies. LVIII, 16. - עֲבֹת, *funes*. *Theod. et Vta Ed.* Ps. CXXVIII, 4. κλοιούς. - עַבְטִיט, *densum lutum*. Hab. II, 6. Ita *Bielius Trommium* secutus, sed loco ipso non inspecto. Nam τῷ עַבְטִיט respondet ibi στιβαρῶς, et τὸν κλοιὸν αὐτοῦ pertinet ad עָלָיו. Male itaque nonnulli statuunt, LXX עַבְטִיט derivasse ab עֲבוֹט, *pignus*, aut ab עֲבוֹת, *funis*. - עוֹל, *iugum*. Deut. XXVIII, 48. ἐπιθήσῃ κλοιὸν σιδηροῦν ἐπὶ τὸν τράχηλόν σου, imponat iugum ferreum cervici tuae. Similiter *Plutarchus* in *Fabio*: ἐπιθήσει κλοιὸν σιδηροῦν ἐπὶ τράχηλόν σου. Conf. Sir. VI, 26. *Schol. Cerdae* in *Psalter. Salom.* apud *Fabricium* in *Cod. Pseudepigr. V. T.* p. 980. *Salmasium* de *mod. usur.* p. 814. et *Fullerum Miscell. Sacr.* lib. V. c. 2. 1 Reg. XII, 4. 9. 10. 14. - *עַל, *super*. Hab. II, 6. τὸν κλοιὸν αὐτοῦ, ubi pro עָלָיו legerunt עֻלּוֹ, vel עֻלּוֹ, seu עֻלָּיו. - עֲנָק, *torques*. Iud. VIII, 26. Prov. I, 9. In utroque loco κλοιός non est, ut vulgo sumitur, *vinculum*, *quod ad constringendum et coercendum iniicitur*, sed *torques ad ornandi pulchritudinem et dignitatem*, de qua significatione nihil commemoravit *H. Stephanus* et *Spanhemius* in *Confirm. annotatt.* ad *Iuliani Caes.* p. 38. Pro *torque* tamen extat Gen. XLI, 42. unde est ἐγκλοιοῦσθαι, quod vide supra. - רָבִיד, idem. Gen. XLI, 42. περιέθηκε κλοιὸν χρυσοῦν περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, circumposuit *torquem* auream circa collum eius. *Aqu. Symm.* Ezech. XVI, 11. Conf. Sir. VI, 31. - שֵׂכֶל, *intellegentia*. Dan. VIII, 25. Vide infra ad Sir. VI, 25. a me notata. - שְׁלָטִים plur. *scuta*. *Al.* 1 Par. XVIII, 7. et *Aqu.* 2 Sam. VIII, 7. κλοιοὺς τοὺς χρυσοῦς, ubi vid. *Hex.* — Sir. VI, 25. ubi κλοιός metaphorice notat *leges* et *praecepta sapientiae et religionis*. Verba sunt: εἰσενέγκαι εἰς τὸν κλοιὸν αὐτῆς (sc. σοφίας) τὸν τράχηλόν σου, et ibid. v. 30. οἱ κλοιοὶ αὐτῆς ἔσονταί σοι εἰς στολὴν δόξης. Nihil autem usitatius est graecis et orientalibus scriptoribus comparatione legum ac praeceptorum Dei vel cum vinculis, vel cum iugo et onere, ut nempe partim earum vis obstringens indicetur, partim molestia innuatur coniuncta illa cum primis verae sapientiae acquirendae conatibus. Conf. s. ζυγός et πέδη. *Hesych.* κλοιός, μέρος τι τῆς νεώς, ἢ περιτραχήλιος δεσμός, κολλάριον, ἤτοι μα-

νιάκης, *Gloss. Brem.* κλοιὸν, περιδέρον (lege περιδέραιον) περὶ τὸν τράχηλον. Conf. *Schol. Aristoph.* in *Vesp.* v. 900. *Fullerum Miscell. Sacr.* lib. V. c. 8. ac *Schefferum* de *antiqu. torqu.* §. 2. p. 9. *Lucian. reviviscc.* c. 12. p. 581. ἑώρων περιδέραια χρυσᾶ, τῶν κλοιῶν παχύτερα.

*ΚΛΟΝΕ'Ω*, *commoveo*, *agito*, *turbo*, *perturbo*. Κλονοῦμαι, *irascor*, *indignor*, *moveor*, etiam *rixor*, *contendo*. נגע. *Symm.* Iud. IX, 13. κλονεῖσθαι. - רָגַז, *commoveor*. *Aqu.* (sec. *Procop. Cat. Nic.* T. II. p. 146.) Exod. XV, 14. ἐκλονήθησαν, ubi *Schol.* ἐταράχθησαν, quae vox in *Hex. Incerto* tribuitur. *Aqu.* 1 Sam. XXVIII, 15. ubi *Vulg. inquietare.* *Aqu.* 2 Sam. VII, 10. *Vulg. turbabitur*, h. e. *deturbabitur de sedibus suis:* ubi vide *Hexapla*. *Aqu.* 2 Sam. XVIII, 30. Idem les. XIII, 13. Gen. XLV, 24. κλονεῖσθαι, *rixari*. *Aqu.* Iob. III, 17. ubi notat *exagitare alios*. Idem Psalm. IV, 5. κλονεῖσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, *per me moveamini*, sed videte, ne sic Deum offendatis. *Hesych.* κλονεῖ, ταράσσει, ἀθεῖ, φοβεῖ. Id. κλονέονται, ταράττονται. Id. κλονέοντο, ἐθορυβοῦντο, ἐταράσσοντο, καὶ τὰ ὅμοια. Id. ἐκλονεῖτο, ἐταράσσετο, κλόνος γὰρ ἡ ταραχή. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* κλονουμένου, ταρασσομένου, σαλευομένου.

*ΚΛΟ'ΝΗΣΙΣ*, *commotio*, *perturbatio*. רֹגֶז, *commotio*, *tremor*. *Aqu.* sec. *Hex.* Iob. III, 26. κλονήσεως, cuius loco apud *L. Bos.* post *Drusium* κλονῆσαι perperam exhibetur. Idem Iob. XIV, 1. κλονήσεως. *Vulg. repletur multis miseriis*.

*ΚΛΟ'ΝΟΣ*, *motus*, *turba*, *perturbatio*. רֹגֶז, *commotio*, *tremor*. *Al.* Iob. III, 26. κλόνος. Vocem hanc *Drusius* tanquam scholion attulit. V. κλόνησις. *Suidas:* κλόνος, θόρυβος, τάραχος.

*ΚΛΟΠΗ'*, *furtum*. גְּנֵבָה, *fur*. Ierem. XLVIII, 27. ἐν κλοπαῖς σου εὑρέθη. Legerunt בְּגְנֵבֹתַיִךְ. - גנב infin. Hos. IV, 2. - גָּנֹב part. Pah. Prov. IX, 17. - גנב Pyh. Iob. IV, 12. πρὸς ἐμὲ δὲ ἐλαλήθη λαθραίως ἐν κλοπῇ. Ita quoque *Symm.* Duae hic versiones coaluerunt, quarum altera fortasse desumta est ex altera *Symm.* editione. Vide Tob. IV, 12. Sap. IV, 25. Sir. XLI, 23. et confer Matth. XV, 19. Marc. VII, 22.

*ΚΛΟΠΟΦΟΡΕ'Ω*, *furtim aufero*, *diripio*. גָּנַב, *furor*, et גָּנַב לֵבָב, *furor cor*. (utrumque enim h. l. in textu hebr. extat.) Gen. XXXI, 26.

*ΚΛΥ'ΔΩΝ*, *fluctus*, *procella*, *tempestas*. סַעַר, *procella*. Ion. I, 4. 12. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. - סֹעֵר part. *procellis agitatus*. Ion. I, 11. Sap. XIV, 5. XIX, 7. 1 Macc. VI, 11. ubi κλύδων metaph. de *magna et vehementi calamitate* adhibetur, et cum θλίψις permutatur. Verba sunt: ἕως τίνος θλίψεως ἦλθον καὶ κλύδωνος μεγάλου. *Vulgatus: in quantam tri-*

*bulationem deveni, et in quos fluctus tristitiae, in qua nunc sum.* Conf. *Glassii Philol. S.* p. 1075. *Hesych.* κλύδων, χώρα, καὶ ἡ τοῦ ὕδατος φορὰ, ἡ κυμάτων σφοδρότης. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* κλύδων, λαίλαψ, καταιγὶς, ἐπιφορὰ ἀνέμου σφοδροῦ.

ΠΟΛΥ'Σ ΚΛΥ'ΔΩΝ, *multi fluctus, magna tempestas.* ראשׁ חבל, *summitas mali nautici.* Prov. XXIII, 34. Legerunt בְּרֶעַשׁ חֹבֵל vel בְּשַׁעַר, quae est ipsa legendi pronuntiandique ratio, quam *Michaelis* vulgatae praeferendam iudicavit.

ΚΛΥΔΩΝΙ'ΖΟΜΑΙ, *fluctuum ad instar agitor, fluctibus agitor, fluctuo.* נִגְרַשׁ כַּיָּם Niph. *propellor sicut mare.* Ies. LVII, 20. οἱ δὲ ἄδικοι κλυδωνισθήσονται, iniusti autem tanquam fluctus agitabuntur. Confer Ephes. V, 14. et *Lex. N. T. s. h. v. Hesych.* κλυδωνίζεται, ταράττεται, παρακρούεται.

ΚΛΥ'ΖΩ, *abluo, lavo.* שָׁטַף, *immergo.* Lev. VI, 28. ubi pro κλύσει alii habent ἐκκλύσει. *Symm.* Ies. XXVIII, 15.

ΚΛΩ'ΘΩ, *neo, glomero.* Hinc part. praet. pass. κεκλωσμένος, *netus, tortus, glomeratus.* מָשְׁזָר, *contortum, duplicatum.* Ex. XXVI, 1. 36. XXVII, 9. et alibi saepius. - פָּתִיל, *filum, funiculus.* Exod. XXVIII, 33. - שָׁנִי, *dibaphum, bis tinctum*, etiam *duplicatum.* Exod. XXVI, 1. XXVIII, 33. ἐκ κοκκίνου κεκλωσμένου, sc. σπαρτίου, ex filo coccineo *retorto.* Praeterea legitur quoque apud LXX Exod. XXV, 4. ubi κεκλωσμένην post βύσσον huc ex cap. XXVI, 1. irrepsisse videtur. Nihil enim ei respondet in textu hebraico. *Hesych.* κεκλωσμένου, διανενησμένου. Vide et Sir. XLV, 12.

ΚΛΩ'Ν, *ramulus, surculus.* Sap. IV, 5. περικλασθήσονται κλῶνες ἀτέλεστοι, resecabuntur *ramuli* imperfecti. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* κλῶνες, κλάδοι. Vide quoque supra s. v. ἄγνος.

ΚΛΩ῀ΝΕΣ ΠΟΔΩ῀Ν, *extremitates s. plantae pedum.* בַּדֵּי עוֹר, *vectes cutis.* Iob. XVIII, 13. Κλῶνες in universum τὰ ἄκρα significare videtur.

ΚΛΩ῀ΣΜΑ, *filum* vel *funiculus contortus*, ἀπὸ τοῦ κλώθειν, a *convolvendo* vel *contorquendo* sic dictus. פָּתִיל, idem. Num. XV, 36. κλῶσμα ὑακίνθινον, *filum* hyacinthinum. *Theod. et LXX* Iud. XVI, 9. *Inc.* Exod. XXVIII, 18. Confer Sir. VI, 32. κλῶσμα ὑακίνθινον, ubi *Aldus* excudit κλᾶσμα, i. e. *fragmen*, sive: *frustum.* Sed iudice *Drusio* κλῶσμα est rectum, et sine dubio respexit auctor libri ad locum Num. XV, 36.

ΚΛΩΣΤΟ'Σ, *netus, tortus.* שָׁנִי, *duplicatum.* Lev. XIV, 4. τὸ κλωστὸν κόκκινον, sc. σπαρτίον, filum tortum coccineum.

ΚΝΑΙ'Ω. Vide in κνίζω.

*ΚΝΑΦΕΥ'Σ*, *fullo*. כֹּבֵס, idem. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. VII, 3. Vide supra *γναφεύς*.

*ΚΝΑ'Ω*, *scalpo*. הִתְגָּרֵר Hithp. a גָּרַר. *Hebr. Int.* Iob. II, 8.

*ΚΝΗ'ΜΗ*, *tibia*, *crus*. שׁוֹק, idem. Deut. XXVIII, 35. Cant. V, 16. Ies. XLVII, 2. Ps. CXLVI, 11. ubi *Chrysostomus* intellexit *περικνημίδας*, *ocreas*: non omnino male. Pro *tibiis* ed. *Rom.* et *Gallic. Hilar.* et *Augustin.* habent *tabernacula*, etiam *Arnobius*. Hi igitur latini Intt. legerunt *σκηναῖς*, quae varietas ex Hebraeo nata est, quod alii legerunt שׁוקי, *tibias*, alii סוכי, *tabernacula*. Add. *οἱ λοιποὶ* Exod. XXIX, 22. Vide quoque *Montf.* ad 1 Sam. IX, 24. ubi *Aquila* et reliqui hac voce usi sunt. – שָׁק chald. Dan. II, 33. Confer de hac voce, quae ex *Photii* Epistola notat *Hoeschelius* ad *Phrynichum* v. *κωλύφιον* p. 27.

*ΚΝΗΜΙ'Σ*, *tibiale*, *ocrea*. מִצְחָה, vulgo *frontale*, etiam idem cum Arab. transposito خمصة, *ocrea*, *tibiale*, a splendore. 1 Sam. XVII, 6. *κνημῖδες χαλκαῖ ἐπὶ τῶν σκελῶν αὐτοῦ*, ocreae ferreae in cruribus eius. Fuit militare calceamentum, quod Graecos etiam gestasse patet ex *Homeri* et *Hesiodi* locis observatis *Feithio Antiqu. Homer.* lib. IV. c. 8. p. 341. Vnde etiam Achivi *Homero Il. η'*, v. 41. vocantur *χαλκοκνημῖδες*, h. e. iuxta *Hesychium*: *οἷς σιδηραῖ ἦσαν ἢ χαλκαῖ αἱ κνῆμαι*. – שׁוֹק, *tibia*, *crus*. *Ret.* Lev. VIII, 25. *Suidas*: *κνημὶς, τὸ περιτιθέμενον τοῖς ποσὶν ὑπὸ τῇ κνήμῃ ὑπόδημα*.

*ΚΝΗ'ΦΗ*, *prurigo*, *pruritus*, *scabies*. חֶרֶס, *scabies*. Deut. XXVIII, 7. *Gloss. in Octat. κνήφῃ, τῇ ἐλεφαντιάσει*. Vide supra s. *ἐλεφαντίασις*.

*ΚΝΙ'ΖΩ*, *vello*, *pungo*, *pruritum excito*, *seco*, *rado*, *abscindo*. בָּלַס, *perquiro*, *colligo*. Amos. VII, 14. *αἰπόλος ἤμην κνίζων συκάμινα*, caprarius eram *secans* sycamina. Liberius transtulerunt, aut secuti sunt notionem verbi בלס nobis ignotam. Pertinet huc *Glossa Hesychii*: *κνίζων, τουτέστι κνιστῶν, ὥστε γενέσθαι πέπειρα*. Inde etiam in *Gloss. MSS. in Proph. κνίζων συκάμινα, συλλέγων, ἐσθίων*. *Lex. Cyrilli MS. Brem. κνίζων, ἀποτέμνων*. *Hesych. Κνίζων, ἢ κνιζεῖον, λυπῶν, ἢ συκάμινα τέμνων*. *Suidas*: *Κνίζων, αἰτιατικῇ, λυπῶν ἢ τέμνων*. Conf. *Dahlium* ad Amos. l. l. et *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 39. p. 384. – קָרַץ, *vellico*. *Aqu. Theod.* Prov. VI, 30. *Aqu. Symm. Theod.* Prov. XVI, 30.

*ΚΝΙ'Σ*, *Ι'ΔΟΣ*, *urtica*. סִרְפָּד, idem. *Symm.* Ies. LV, 13.

*ΚΝΙ'Ψ* (vel *σκνίψ*: utroque modo enim scribitur, uti et latini codd. modo *sciniphes*, modo *ciniphes*, utrumque recte, exhibent), quid proprie sit, non ita liquidum. *Aristoteles hist. anim.* lib. VIII. c. 3. *σκνίπων* meminit, et *σκνιποφάγων*, ubi latinus interpres *culices* et *culicibus vescentes* vertit.

*Theophrastus* lib. II. *hist. plant.* cap. ult. et lib. IV. ad *genus vermiculorum* refert, *qui lignum vorant et arrodunt*, atque ait, eos arboribus, maxime quercubus et ficui, nocere, e quo sua hausit *Plinius* lib. XVII. c. 24. Vide *Bonfrerii Comment.* ad *Pentat.* p. 578. כִּנִּים plur. *culices.* Ps. CIV, 30. Vide s. σκνίψ.

*ΚΝΩΔΑΛΟΝ*, *bestia*, *fera*, animalia omnis generis tam terrestria quam aquatica et aërea, speciatim *venenata* ac *noxia.* Conf. *Nicand.* in *Ther.* v. 98. 759. Sap. XI, 16. ἐθρήσκευον ἄλογα ἑρπετὰ καὶ κνώδαλα εὐτελῆ, colebant reptilia ratione carentia et animalia (*insecta*, *Vulg. bestiae*) parva. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* κνώδαλα, θηρία κυρίως μὲν θαλάσσια, ποτὲ δὲ καὶ χερσαῖα. *Hesych.* κνώδαλα· κυρίως τὰ θαλάττια θηρία. κινώδαλα γάρ ἐστιν τὰ ἐν τῇ ἁλὶ κινούμενα. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ χερσαίου φησὶν κνώδαλον θηρίου, ἢ ζῶον μικρόν. Sap. XVI, 1. διὰ πλήθους κνωδάλων ἐβασανίσθησαν, multitudine *animalium parvorum* cruciabantur. Vide et Sap. XVII, 9. Vnde in *Gloss. MSS.* τῆς Παναρέτου· Κνωδάλων, θηρίων λεπτῶν. Vide quoque quos laudat *Fischerus Ind. Aeschin.* s. h. v.

*ΚΟ'ΘΩΝΟΣ. Est ipsa vox hebr. כְּתֹנֹת, *tunicae*, cui Esdr. II, 69. in ed. *Rom.* respondet, terminatione graeca addita, quod alibi etiam factum esse constat. Conf. Nehem. VII, 70. 72.

*ΚΟΙΛΑ'Σ*, *vallis*, *convallis.* *בֶּטֶן, *uterus*, *venter.* Hos. XII, 3. sec. *Compl.* ubi loco κοιλάδι necessario reponendum est κοιλίᾳ, ut alii rectius habent. – גַּי, *vallis.* Ios. VIII, 11. – גַּי, idem. Zach. XIV, 5. ubi pro κοιλὰς alii φάραγξ habent. – גֵּיא, idem. 1 Par. XVIII, 11. 2 Par. XXV, 11. – זְאֵב, *Zeeb*, nomen proprium. *Theod.* Iud. VII, 25. ubi *Scharfenbergius* non *Theodotionem*, quia forte pro זְאֵב legerit עֵמֶק, scripsisse credit ἐν Ἰακὲβ τῇ κοιλάδι, sed librarios, ut supra VI, 26., nomini proprio loci vocabulum κοιλάδι tanquam glossema addidisse. Sed huic coniecturae ideo accedere non possum, quia *Symmachus* habet: ἐν τῇ κοιλάδι Ζὴβ, teste *Hieronymo*, cuius verba haec sunt: *In Aczeb*, *pro quo Symmachus transtulit in valle Zeb.* Suspicor igitur, in vers. *Theod.* h. l. duas versiones coaluisse, et in *Hexaplis* reponendum esse: Σ. ἐν τῇ κοιλάδι Ζήβ. Θ. ἐν Ἰακὲβ — Ἄλλος ἐν τῇ κοιλάδι — ut adeo κοιλὰς in utraque versione respondeat hebr. יֶקֶב, quod *omnem locum depressum et humilem* notat, ab arab. وقب, *depressus et humilis fuit.* – *יֶקֶב. Vide proxime antecedentia post זְאֵב. – *מַעֲרָכוֹת, *ordines*, *acies*, *castra.* *Inc. et LXX* sec. *Compl.* 1 Sam. XXIII, 3. Fortasse auctor huius versionis respexit lectionem מַעֲרוֹת, h. e. *loca plana*, *planities*, nisi statuere malimus, κοιλάδα explicandum esse de *valle*, *in qua castra posita*, aut *acies instructa erat.* – *עֲמָלֵק, *Amalec*,

nomen proprium. Iud. V, 14. sec. cod. *Alex.* ἐν κοιλάδι ἀδελφοῦ σου. Legerunt בְּעֵמֶק אָחִיךָ, quae lectio etiam sententiae melius convenire videtur. – עֵמֶק, *profunditas*, *vallis*. Gen. XIV, 8. 10. Psalm. LIX, 6. τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω, vallem tentoriorum dimetiar. Ad quem locum *Theodoretus* et ex illo *Suidas*: κοιλάδα σκηνῶν, τὴν τῶν Ἰσμαηλιτῶν χώραν, ὡς ἔρημον γεγενημένην, καὶ ποιμενικὰς τηνικαῦτα σκηνὰς δεξαμένην. Vide et Ps. CVII, 7. Ps. LXIV, 14. αἱ κοιλάδες πληθυνοῦσι σῖτον, valles abundabunt frumento. Inde forsitan apud *Hesychium*: κοιλάδες, πεδία, λιβάδες. *Inc.* Ios. VII, 24. κοιλάδα Ἀχώρ. quae verba sec. *Cod. Coislin. Append.* T. I. p. 708. et *Procopium* in *Cat. Niceph.* p. 47. *Symm.* ac *Theod.* vindicanda sunt. Ibid. v. 26. *Aqu. Symm. Theod.* Gen. XIV, 5. et 1 Reg. XX, 28. *Symm.* Iob. XXXIX, 10. ubi κοιλάδες sunt *glebae vallium*, *sulci*. *Vulg. aut confringet glebas vallium post te.* Pro בֵּית־עֵמֶק quoque usus est hac voce *Symmachus* Ios. XIX, 27. secundum *Eusebium* in *Onom.* s. v. βηθεμέκ, ubi tamen ex *Hieronymo*, qui *locum vallis* habet, τόπον κοιλάδος reponendum erit. – שְׁפֵלָה, *planities*, *locus humilis*. *Symm.* Ies. XXXII, 19. Idem Abd. 19. – *שָׁרוֹן, nomen proprium. Cant. II, 1. κρίνον τῶν κοιλάδων. *Vulg. lilium convallium.* Sc. vox hebr. notat quoque *omnem regionem fertilem et amoenam ac pascuis abundantem.*

*ΚΟΙΛΑΔΕΣ*, *concavitates in pariete.* שְׁקַעֲרוּרֹת plur. *fossulae foedas.* Lev. XIV, 37. ubi vide Interpretes.

**ΚΟΙ'ΛΑΣΜΑ.* מוֹקֵשׁ, *laqueus*, *rete.* Ies. VIII, 14. ἐν κοιλάσματι sec. *Vat.* et *Hexapla*: ubi reliqui libri κοιλώματι habent. *Κοίλασμα* videtur h. l. esse *tendicula*, seu: *rete super foveam expansum.* Conf. *Mathem. Vett.* p. 37.

*ΚΟΙΛΙ'Α*, *cavum*, *cavitas*, *venter*, *uterus*, *viscera*. בֶּטֶן, idem. Ezech. III, 3. ἡ κοιλία σου πλησθήσεται τῆς κεφαλίδος ταύτης, *venter* tuus implebitur hoc libro. Ion. II, 3. ἐκ κοιλίας ᾅδου, ex *medio* inferni. Conf. Sir. LI, 7. *Olympiodorus Caten.* in Iob. XV, 35. p. 298. κοιλίαν δὲ ὅλον τὸ ἐντὸς χωρίον φησί. 2 Par. XXI, 15. et 19. κοιλία *intestina* notat. *Compl.* ibi habet τὰ ἔντερα. – בָּנִים plur. ex בֵּן, *filii.* 1 Par. XVII, 11. Legerunt מִבִּטְנְךָ, a בֶּטֶן, κοιλία. – גָּחוֹן, *pars inferior corporis reptilium*, *qua tangunt terram.* Gen. III, 14. Lev. XI, 42. – כְּרֵשׂ, *ingluvies.* Ierem. LI, 34. – מֵעַיִם dual. *viscera.* Gen. XXV, 23. ἐκ τῆς κοιλίας σου, ex *utero* tuo. Vide et Ruth. I, 11. 2 Sam. XVI, 11. ὁ υἱός μου ὁ ἐξελθὼν ἐκ τῆς κοιλίας μοῦ, filius *ex me* natus. Vide et 2 Sam. VII, 12. et conf. Gen. XV, 4. ubi מִמֵּעֶיךָ redditur ἐκ σοῦ. Conf. et Iob. VII, 38. ac *Theod. Hasaei Diss.* de *Leviathan Iobi* p. 249. 2 Sam. XX, 10. ἐξεχύθη ἡ κοιλία αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, effundebantur *viscera* eius in terram. Vide et 2 Par. XXI, 15. 19. Ion. II, 2. ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ κήτους, ex *stomacho* ceti. Adde

Psalm. XL, 9. ubi κοιλίας est sine dubio vera lectio, ut multis docuit *Starcke in Carm. Dav.* p. 117. *Symm.* Ies. XVI, 11. – מְעֵין plur. chald. *intestina*, *venter*. Dan. II, 32. – *מַעֲרָכוֹת, *ordines*, *acies*, *castra*. *Inc.* 1 Sam. XXIII, 3. Nisi lectio κοιλίας ortum suum debet voci κοιλάδας (quae fuit *Semleri* sententia) κοιλία de *medio exercitus aut castrorum* explicandum erit. Fortasse tamen auctor huius versionis legit מְעָרוֹת, quae vox quoque *loca profunda*, *speluncas* notat, quae metaphorice κοιλίαι dici possunt. – *נֶפֶשׁ, *anima*. *Inc.* Prov. XIII, 25. accommodate seriei orationis. – *עֵמֶק, *vallis*. *Symm.* Ios. XIX, 27. εἰς τὴν κοιλάδα sec. *Eusebium* in *Onom.* s. v. βηθεμὲκ ac *Hieron.* – קֶרֶב, *intestinum*, *medium*. Gen. XLI, 20. Exod. XXIX, 13. *Inc.* Levit. I, 9. ubi αἱ κοιλίαι est i. q. ἐγκοίλια, *intestina*. *Inc.* Lev. IV, 8. ubi κοιλία i. q. ἐντόσθια. – רֶחֶם, *uterus*. Iob. III, 11. XXXI, 15. XXXVIII, 8. Sir. XIX, 12. κοιλία *pectus* notat. *Vulg. in corde.* 2 Macc. X, 4. orarunt Deum πεσόντες ἐπὶ κοιλίαν, *prostrati*, *supplices*. Alibi πεσόντες ἐπὶ τὸ πρόσωπον. – Vide alibi s. φωνέω, et χορταsία.

*ΚΟΙ'ΛΟΣ*, *cavus*, *concavus*. נָבוּב part. Niph. a נבב, *vacuus*. Exod. XXVII, 8. XXXVIII, 7. – עָמֹק, *profundus*. Lev. XIII, 3. 4. 20. 25. ubi latino *depressus* respondet, et nostro *eingefallen*, ac de lepra sermo est, unde etiam in codd. cum ταπεινὸς permutatur. Conf. *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 343. Ibid. v. 32. 34. *Aqu. Symm.* Lev. XIII, 3. κοίλη βαρυτέρα.

*ΚΟΙ'ΛΟΣ ΤΟ'ΠΟΣ*, *cavus locus*. מַטָּרָה, *custodia*, it. *scopus*. *Al.* 1 Sam. XX, 20. κοῖλον τόπον, sec. *Schol.* ed. *Rom.* Τινὲς illi, quicunque tandem fuerint, intellexerunt hic *speluncam*, (quae recte מַטָּרָה, *custodia*, dici potest) seu: τὸν τόπον, οὗ κρυβῇ, (coll. v. 19.) *haud procul a scopo remotum*, *in qua Davides se abdere debebat*, suadente ita Ionathane. – *עֵמֶק, *vallis*. *Syrus* Ier. XXI, 13. Sed potest eodem iure ad sequens מִישֹׁר, *planities*, referri.

*ΚΟΙ'ΛΗ*, sc. μερὶς, *cava pars*, sc. navis. יַרְכָה, *latus*. Ion. I, 5. κατέβη εἰς τὴν κοίλην (scil. μερίδα) τοῦ πλοίου, descendebat in *cavam partem navis*, h. e. *in inferiores partes navis*.

*ΚΟΙ'ΛΗ ΣΥΡΙ'Α*, *Coele Syria*. Vid. Κοιλοσυρία.

*ΚΟΙΛΟ'ΤΕΡΟΣ*, comparativus, *magis cavus*. עָמֹק, *profundus*, et sequ. מ, *profundior*. Levit. XIII, 30. ἡ ὄψις αὐτῆς κοιλοτέρα τοῦ δέρματος, invenerit superficiem eius reliqua cute *depressiorem*. Vide s. κοῖλος. – שָׁפָל, *humilis*, ac sequ. מ, *humilior*. *Inc.* Lev. XIV, 37. Sermo hic est de lepra aedificiorum. – תַּחְתִּית, *pars inferior*. *Symm.* Iud. I, 15. κοιλοτέροις, sec. cod. *Basil.* et *Coislin.* Sed secundum *Procopium Cat. Niceph.* p. 123. scripsit ταπεινοτέροις.

*ΚΟΙΛΟΣΤΑΘΜΕ'Ω, fornico, tego tabulis excavatis, concamero, laquear facio.* סָפַן, *tego.* 1 Reg. VI, 9. *ἐκοιλοστάθμησε τὸν οἶκον φατνώμασι, texit* domum laquearibus. Inde in *Gloss. MSS.* in *lib. III. Reg.* *ἐκοιλοστάθμησεν, ἐσανίδωσεν κεκοιλωμέναις ὑπὸ τῶν τεχνητῶν σανίσιν.* In *Cod. Fabriciano,* in quo eadem habentur, pro *τεχνητῶν* rectius legitur *τεχνιτῶν,* sed male cum hac glossa coniunguntur verba, unde nova glossa incipit. Confer notata infra v. *κρυπτός.* In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *ἐκοιλοστάθμησεν* simpliciter exponitur *ἐσανίδωσεν.* - צָפָה Pih. idem. 1 Reg. VI, 15.

*ΚΟΙΛΟ'ΣΤΑΘΜΟΣ, laqueatus, concameratus, tabulis excavatis tectus, cava pegmata habens.* סָפוּן part. Pah. *tectus.* Agg. I, 4. *ἐν οἴκοις ὑμῶν κοιλοστάθμοις,* in domibus vestris laqueatis. Inde in *Gloss. MSS. in Proph.* *κοιλοστάθμοις* (MS. *κυλοστάθμοις*), *ὑψηλοῖς καὶ μεγάλοις.* Aliter *Cyrillus Alex.* in hunc Prophetam p. 630. ita exponit: *κοιλοστάθμους φησίν, ὧν ἂν αἱ φλιαί, ἤτοι τῶν θυρῶν οἱ σταθμοὶ σιδήρῳ διεκοιλαίνοντο, περιορυττόντων οἶμαί που τεκτόνων αὐτούς, καὶ ἀπό γε τῆς σφῶν εὐτεχνίας ἐγχαραττόντων δαιδάλματα.* Vide *Suiceri Thes. Eccles.* s. h. v. *Intt.* ad *Hesych.* s. v. *κοῖλος* et *κυκλοστάθμοις,* ac *Ernestii Gloss. SS. e Suida et Phavor.* s. v. *κυκλοστάθμοις.*

*ΚΟΙΛΟΣΥΡΙ'Α* et *ΚΟΙ'ΛΗ ΣΥΡΙ'Α, Coelosyria* et *Coelesyria,* Asiae regio, quae iuxta *Strabonem* supra Seleucidem est, et in Aegyptum ac Arabiam usque recedit; proprie vero, quae Libano et Anti-Libano definitur, i. e. ager Damascenus, a cavitate, quam Graeci *κοιλότητα* appellant, nomen habens. 3 Esdr. II, 17. 24. 27. IV, 48. 1 Macc. X, 69. 2 Macc. III, 5. IV, 4.

*ΚΟΙΛΟ'ΤΗΣ, cavitas, concavitas.* Sap. XVII, 19.

*ΚΟΙ'ΛΩΜΑ, cavum, cavitas.* בֶּתֶר, *sectio. Al.* Cant. II, 7. *κοιλωμάτων*: de qua versione *Cappellus Crit. S.* p. 569. ita iudicat: בָּתַר est *dividere, partiri,* et quasi *κοιλαίνειν.* Quod mihi admodum coactum esse videtur. Alii statuunt, reponendum esse *κυκλωμάτων,* ita ut legerint כֶּתֶר, *corona,* quae est *κυκλοειδής.* Proposuit hanc coniecturam *Bochartus Hieroz.* lib. III. c. 17. p. 894. Versio Lat. habet *civitatum,* pro quo fortasse *cavitatum* reponendum erit. - חֵיק, *sinus.* Ezech. XLIII, 14. - מוֹקֵשׁ, *laqueus,* h. l. *fovea, in qua ferae capiuntur.* Ies. VIII, 14. Vide et 2 Macc. I, 19. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *κοιλώμασι, ταπεινώμασι.*

*ΚΟΙΜΆΩ, cubare* vel *dormire facio,* et *κοιμάομαι, cubo, decumbo, concumbo, dormio, obdormio, quiesco, pernocto, maneo,* it. *occumbo, mortuus sum.* בִּית chald. *pernocto.* Dan. VI, 18. *ἐκοιμήθη ἄδειπνος.* - הִכְשִׁיל Hiph. *impingere facio.* Prov. IV, 16. *καὶ οὐ κοιμῶνται.* Ex mea sententia non legerunt וְלֹא יִשְׁנוּ, aut שָׁכְבוּ, sed, ut saepe alias, ita hic quo-

que lacuna exstat, ac verba οὐ κοιμῶνται aut sunt alius Int. versio ad בְּגוֹלָה שְׁנָתָם pertinens, aut meram continent glossam marginalem. – הֵלִךְ Pih. *ire facio.* Iob. XXIV, 10. Libere verterunt. – הִשְׁכִּים Hiph. *matutino.* 1 Sam. IX, 26. καὶ ἐκοιμήθη. Legerunt וַיִּשְׁכַּב. – יָגַע, *fatigor.* Ierem. XLV, 3. ἐκοιμήθην ἐν στεναγμοῖς. Videntur legisse יְצוּעִי, nam יָצוּעַ est *lectus, stratum, in quo quis dormit.* – הָלַךְ, *eo.* 1 Par. XVII, 11. κοιμηθήσῃ μετὰ τῶν πατέρων σου, *mortuus fueris* cum patribus tuis. *Ire* pro *mori* saepe adhibetur in SS. Conf. infra post שָׁכַב, et *Wolfium* ad Iob. XI, 11. p. 916. – *יָשַׁב, *sedeo.* 2 Reg. IV, 20. Sermo ibi est de puero aegroto in gremio matris non tam sedente quam cubante. – יָשֵׁן, *dormio.* Ies. V, 27. – יָשֵׁן verbale, *dormiens.* 1 Reg. III, 20. – לִין: הֵלִין Kal et Hiph. *pernocto.* Gen. XXVIII, 11. ἐκοιμήθη ἐκεῖ, *pernoctabat* ibi. Exod. XXXIV, 25. οὐ κοιμηθήσεται εἰς τὸ πρωῒ θῦμα ἑορτῆς, non *manebit* ad mane sacrificium festi. Vide et Exod. XXIII, 18. Lev. XIX, 13. et Deut. XVI, 4. ac conf. quae ex *Augustino* affert *Drusius Misc. Cent.* II. c. 55. Deut. XXI, 23. sec. *Vatic.* Ios. VI, 11. de area foederis: ἐκοιμήθη ἐκεῖ. *Vulg.* bene: *mansit ibi.* Ies. I, 21. Iob. XXIV, 17. γυμνοὺς δὲ πολλοὺς ἐκοίμησαν ἄνευ ἱματίων, nudos autem multos *habitare fecerunt* sine vestimentis. – מִשְׁכָּב, *cubile.* Ies. LVII, 8. τοὺς κοιμωμένους μετὰ σου. Legerunt שֹׁכְבַיִךְ. – נִהְיָה Niph. *conficior,* q. d. *sidere cogor morbo.* Dan. VIII, 27. – נָחַת, *descendo.* Iob. XXI, 13. ubi יֵחָתּוּ deduxerunt, non a נחת, sed a נוּחַ, *requiescere.* Caeterum *in orco dormire,* et *ad orcum descendere* non differunt. – סָבַךְ, *implexus sum.* Iob. VIII, 17. Vide in fine huius articuli. – רָבַץ, *cubo.* Gen. XLIX, 9. – שָׁכַב: הִשְׁכִּיב, Kal et Hiph. Gen. XIX, 32. κοιμηθῶμεν μετ' αὐτοῦ, *concumbamus* cum illo. Vide et Gen. XXV, 10. XXXV, 22. XXXIX, 7. Exod. XXII, 16. 19. 1 Reg. II, 10. ἐκοιμήθη μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ, *obdormiebat*, vel *mortuus est* cum patribus suis. Vide et Deut. XXXI, 16. 1 Reg. XI, 22. 43. XIV, 20. 32. 1 Reg. XVII, 10. ἐκοίμησεν αὐτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ, *cubare faciebat* illum in lecto suo. 2 Reg. IV, 32. κεκοιμημένον, *dormientis instar iacentem.* Cohel. II, 23. ἐν νυκτὶ οὐ κοιμᾶται ἡ καρδία αὐτοῦ, nocte non *quiescit* cor ipsius. Ies. XLIII, 17. ἐκοιμήθησαν, καὶ οὐκ ἀναστήσονται, *mortui sunt*, et non resurgent. Ezech. XXXI, 18. ἐν μέσῳ ἀπεριτμήτων κοιμηθήσῃ, in medio incircumcisorum *cubabis.* Vide et Ezech. XXXII, 19. 21. 26. 31. His locis a *Bielio* laudatis adde: 2 Sam. XIII, 8. ubi κοιμᾶσθαι est *in lectum se conferre, decumbere*, quam significationem quoque ibi habet καθεύδειν apud *Inc. Aqu.* Iob. XI, 18. *Symm.* Iob. XXXVIII, 37. *Vulg. dormire faciet. Aqu.* Hos. II, 20. κοιμήσω αὐτοὺς εἰς πεποίθησιν, faciam, ut *dormiant* secure, h. e. ut otia secura agant, seu: praestabo eis securitatem. – שָׁכַן, *habito.* Nah.

III, 18. *βασιλεὺς ἐκοίμησε τοὺς δυνάστας:* ubi alii habent *ἐκοίμισε*. Ex *Cappelli* sententia legerunt יִשְׁכְּבוּ: sed, ut recte monuit *Buxtorfius Anticrit.* p. 578., dicendum potius fuisset יִשְׁכְּבוּ. Potius sensum, quem illi sibi finxerunt, reddiderunt non ad literam. Quidam Intt. vocem hebr. de *somno mortis* explicarunt: *habitabunt*, sc. in pulvere, coll. Psalm. VII, 6. et XCIV, 17. – שִׁפְעָה, *affluentia, inundatio.* Iob. XXII, 11. *κοιμηθέντα.* Num legerunt שֹׁכְבְךָ a שָׁכַב, aut שִׁכְבַתְךָ? Praeterea reperitur apud *Inc.* Iud. XVI, 14. (*indormitabat eum*, sc. *concubitu*), ubi nihil in textu hebr. legitur. Quod autem attinet ad locum Iob. VIII, 17. supra ad סָבַךְ allatum, mihi videtur transpositio sententiarum statuenda esse in LXX Intt. ut verba *ἐπὶ συναγωγὴν λίθων κοιμᾶται* pertineant ad ea, quae in fine huius commatis leguntur: בֵּית אֲבָנִים יֶחֱזֶה. *Κοιμᾶσθαι* autem, quod omnino *manere, commorari in aliquo loco* notat, non male refertur ad חָיָה, quod LXX per *ζήσεται*, *Vulgatus* per *commorabitur* interpretati sunt. Sed ut ingenue fatear, statui quoque potest, *κοιμᾶσθαι* h. l. non tam τῷ יְסֻבָּכוּ, quam formulae שָׁרָשָׁיו יְסֻבָּכוּ respondere, ut τῷ *κοιμᾶσθαι* notio *firmitatis, fundamenti bene positi* sit subiecta. Vide quoque infra s. v. *λίθος*. Sap. XVII, 14. 1 Macc. XI, 6. *ἐκοιμήθησαν, pernoctarunt*, coll. ib. XVI, 4. 2 Macc. XII, 45. *Ep. Ierem.* 43. si vero quaedam mulier seorsim ducta a quodam praetereuntium *κοιμηθῇ*, h. e. *stupretur*. Cod. *Alex.* addit male *μετ' αὐτοῦ*. Vide *Gataker*. Diss. de *Novi Instrum. stilo* cap. XI. pag. 77.

*ΚΟΙ'ΜΗΣΙΣ, dormitio, mors.* Sir. XVIII, 10. sec. libros nonnullos, ubi *mortem* notat, quae ibid. XLVI, 22. *κοίμησις αἰῶνος* dicitur. Ibid. XLVIII, 14.

*ΚΟΙ'ΜΗΤΡΟΝ, lectus, stratum.* שְׂמִיכָה, *pulvinar.* *Symm.* Iud. IV, 18. *Scharfenbergio* ad h. l. suspectum est vocabulum *κοίμητρον* omnibus Lexicographis ignotum, et suspicatur, fortasse legendum esse *ἐν κοιμητηρίῳ*.

*ΚΟΙΜΙ'ΖΩ, cubare vel dormire facio.* הִבְרִיךְ, Hiph. *genua flectere facio.* Gen. XXIV, 11. Recte sensum expresserunt. Sermo enim ibi est de camelis. *Schol.* seu potius *Aquila: ἐγονάτισε.* – הִשְׁכִּיב Hiph. 2 Sam. VIII, 2. 1 Reg. III, 20. 2 Reg. IV, 21. 32. – יִשֵּׁן Pih. *dormire facio.* Iud. XVI, 20. – *שָׁכַב. 2 Reg. IV, 32. sec. *Vat. κεκοιμισμένον, dormientis instar iacentem.* – שָׁכַן, *habito.* *Al.* Nah. III, 18. *ἐκοίμισε.* Legit יַשְׁכִּיבִם, nam *κοιμίζειν* est h. l. *sopire, somnum inducere*, et שָׁכַב *cubare* et *dormire* notat.

*ΚΟΙΝΗ͂ι, communiter, una, publice.* Sir. XVIII, 1. *ἔκτισεν τὰ πάντα κοινῇ*, creavit omnia communiter, h. e. *pariter, nulla re excepta. Vulgatus* vertit *simul*, et *Augustinus* lib. IV. de *Genes.* ad *liter.* c. 33. inde colligit, omnia simul eodemque tempore esse condita, quae sex diebus facta com-

memorantur. Sed rectius et magis ad literam redditur *communiter*, et nihil aliud procul dubio Siracides voce illa innuere voluit, quam quod Deus omnia huius universi opera sine exceptione creaverit, ut adeo vox haec ad πάντα referatur, coll. Ps. XLVIII, 3. et 11. Sirac. L, 20. τότε πᾶς ὁ λαὸς κοινῇ κατέσπευσαν, tum omnis populus *una* festinabat. *Susann.* v. 14. κοινῇ (sc. βουλῇ) συνετάξαντο καιρὸν, *communi consilio* seu: *unanimi consensu* constituebant tempus. Conf. *L. Bos Ellips. gr.* p. 31. 2 Macc. IX, 26. κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν, *publice et privatim.* Vide et 2 Maccab. IV, 5. Similiter *Aelian. V. H.* XIV, 22. μήτε κοινῇ μήτε ἰδίᾳ. Confer et lib. X. c. 20.

*ΚΟΙΝΟΛΟΓΈΟΜΑΙ*, *confero sermones, colloquor, communico cum aliquo. Symm.* Ps. LIV, 15. ἐκοινολογούμεθα γλυκεῖαν ὁμιλίαν, dulcibus colloquiis *mutuo confabulabamur*, ubi in textu hebr. legitur: נַמְתִּיק סוֹד. 1 Macc. XIV, 9. πάντες περὶ ἀγαθῶν ἐκοινολογοῦντο, omnes de bonis *inter se conferebant. Hesych.* κοινολογεῖται, κοινῇ διαλέγεται.

*ΚΟΙΝΟΛΟΓΊΑ*, *communicatio sermonis, collocutio.* 2 Macc. XIV, 22. τὴν ἁρμόζουσαν ἐποιήσαντο κοινολογίαν, congruum inter se instituerunt *colloquium*. Secundum *Baduellum: colloquium, de quo inter ipsos convenerat,* ut ἁρμόζουσα positum sit pro ἡρμοσμένη, *constitutum, pactum, condictum. Hippocr. praenot.* p. 27, 35.

*ΚΟΙΝΟΛΟΓΊΖΟΜΑΙ*, i. q. κοινολογέομαι, *consero sermonem, colloquor cum aliquo.* 1 Macc. XV, 28. ubi etiam in codd. cum κοινολογέομαι permutatur.

**ΚΟΙΝΟΜΥΊΑ*, *coenomyia.* עָרֹב, *mixtura insectorum. Inc.* Exod. VIII, 15. Respexit etymologiam vocis: nam עָרַב est *miscere.* Κοινομυῖαν habet etiam *Hieronymus* Ep. 135. ad *Suniam* et *Fretelam.* LXX autem habent h. l. κυνομυῖαν, *Aqu.* παμμυῖαν, quae vide suo loco.

*ΚΟΙΝΌΣ*, *communis, publicus, profanus, impurus.* חֶבֶר, *societas.* Prov. XXI, 9. XXV, 25. – חֹל, *profanus. Al.* Ezech. XLII, 20. τοῦ διαστέλλειν τοῦ ἁγίου καὶ τοῦ κοινοῦ, ut discrimen faciat inter *sanctum* et *profanum*. Vide quoque v. 65. et conf. Act. II, 8. Marc. VII, 2. et ad h. l. *Wolfium* p. 470. ac *Lex. N. T. s. h. v.* Sap. VII, 3. κοινὸς ἀὴρ, aer *omnibus communis.* 2 Macc. XII, 4. κατὰ κοινὸν τῆς πόλεως ψήφισμα, ex *publico* urbis edicto. *Polyb.* XXV, 8, 4. κοινὸν δόγμα, *publicum* decretum. Iob. XXII, 16. 11. *Demosth.* 15, 21. ed. *Reisk.* 3 Macc. VII, 17. κοινὴ (*consentiens, unanimis*) αὐτῶν βουλή. *Hesych.* κοινὸν, βδελυκτὸν, ἀκάθαρτον.

*ΚΟΙΝΩΝΈΩ*, *communico, participo.* אָרַב, *insidior.* Prov. I, 11. κοινώνησον αἵματος, *particeps* fias sanguinis, h. e. caedis. Non aliter legerunt, sed pro more suo sensum ex-

presserunt. Accedit, quod in l. arab. كرب *nectere, connectere*, et deinde *participem fieri* notat. Conf. *Simonis Lex.* p. 77. et infra s. v. *μετέχω*. — בָּחַר, *eligo*. Cohel. IX, 4. *κοινωνεῖ πρὸς πάντας τοὺς ζῶντας, communis est* omnibus viventibus. Legerunt יְחֻבַּר, *sociabitur*, ut *Masorethae* observant alios codd. legere. Sensus autem est: quis est, qui socius sit omnium viventium? h. e. quis semper in hac vita perseveret, aut semper vivat? Ita quoque *Symm. Hieron. Syrus* et *Chaldaeus*. — חִבֵּר Pih. *consocio*. 2 Par. XX, 36. *ἐκοινώνησεν Ἰωσαφὰτ πρὸς Ὀχοζίαν, inter* Iosaphatum et Ochosiam *conveniebat*. — חָבֵר, *socius*. *Theod.* et LXX Ies. XLIV, 11. *πάντες οἱ κοινωνοῦντες αὐτοῦ*, omnes *socii* eius. Conf. Sir. XIII, 1. 2. — חֶבְרָה, *sodalitium*. Iob. XXXIV, 8. *κοινωνήσας μετὰ ποιούντων τὰ ἄνομα, in societatem veniens* cum illis, qui inique agunt. — *יָשַׁב, *sedeo*. *Symm.* Psalm. I, 1. Bene quoad sensum. Sap. VI, 25. *οὐ κοινωνήσει σοφίᾳ*, non *particeps fiet* sapientiae. Conf. 1 Tim. V, 22. Sir. XIII, 3. *τί κοινωνήσει χύτρα πρὸς λέβητα*; quaenam *communio* inter ollam et lebetem? Similiter 2 Cor. VI, 14. *τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος*; quaenam autem *communio* inter lucem et tenebras? Sir. XIII, 19. *τί κοινωνήσει λύκος ἀμνῷ*; quaenam *communio* inter lupum et agnum? 2 Macc. V, 20. *εὐεργετημάτων ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐκοινώνησε*, beneficiorum divinorum *particeps factus est*. 2 Macc. XIV, 25. *ἐκοινώνησε βίου*, opum *particeps factus est*.

*ΚΟΙΝΩΝΙ'Α*, *communio, societas*. תְּשׂוּמֶת יָד, *positio manus*, h. e. interprete *Bielio*: *societatis et amicitiae foedus data dextera initum*, sec. *Trommium*: *mutuum commercium data manu initum*, ex mea autem sententia: *pecunia apud aliquem deposita negotiationis aut securitatis causa*. Levit. VI, 2. *περὶ κοινωνίας*: ubi *Schol.* ed. *Rom.* *ἐν πιστώσει χειρός*. Praeterea legitur in *Ed. Quint.* Hos. VII, 4. *τοῦ φυράματος κοινωνίας*. *Vulg. a commixtione fermenti*, ut adeo legerit *τῆς κοινωνίας τοῦ φυράματος*, aut *τῆς τοῦ φ. κ.* ubi *κοινωνία* est *commixtio, subactio*, i. q. *φύρασις* apud LXX, ac respondet τῷ לוּשׁ. Sap. VIII, 18. *ἐν κοινωνίᾳ λόγων αὐτῆς*, in *communione* verborum eius. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

*ΚΟΙΝΩΝΟ'Σ*, *particeps, socius*. *דְּבָרִים, *verba, facta*. 2 Reg. XVII, 11. *ἐποίησαν κοινωνούς*. Non arbitror, eos חֲבֵרִים legisse, sed potius statuo, eos hac versione sua exponere voluisse, in quonam fuerint male facta, quorum Israelitae h. l. incusantur, nempe in eo, quod se participes reddiderint idololatriae gentilium, et fabricaverint s. sculpserint simulacra idolorum. Plenius scribi debuisset *καὶ ἐποίησαν ἑαυτοὺς κοινωνοὺς* (sc. *τῶν ἐθνῶν*, h. e. gentium, quas transtulerat Deus a faciebus eorum, ut in antecedentibus legitur)

*καὶ ἐχάραξαν.* - חָבֵר, masc. Prov. XXVIII, 24. Ies. I, 23. - חֲבֶרֶת, foem. Mal. II, 14. Vide et Sir. VI, 11. XLI, 23. XLII, 5.

*ΚΟΙΝΩ͂Σ*, *communiter.* Tob. V, 19. ubi de *coniuncto religionis studio*, *summoque consensu* usurpatur. Ib. IX, 4.

*ΚΟΙΤΑ'ΖΩ*, *Α'ΖΟΜΑΙ*, *cubare facio*, *cubo*, *iacio*, *accumbo*, *dormio.* הֵלִין Hiph. a לוּן, *pernocto.* Soph. II, 14. - רָבַץ: הִרְבִּיץ, Kal et Hiph. Psalm. CIII, 23. Cant. I, 6. Ierem. XXXIII, 12. *Symm.* Ies. XXVII, 10. *κοιτασθήσεται*, *accumbet.* - צָבַע, *tingo*, *intingo.* *Al.* Dan. IV, 12. *κοιτασθήσεται.* Extat hic in coni. Ithp. אִצְטַבַּע. Num in codice suo legit יִתְרַבַּע? Minime, sed aut libere verterunt, aut legendum est *βαπτισθήσεται.* - שָׁכַב. Levit. XV, 20. Deut. VI, 7. XI, 19.

*ΚΟΙΤΑΣΙ'Α*, *cubatio*, *concubitus.* שְׁכֹבֶת, *concubitus.* Lev. XX, 15.

*ΚΟΙ'ΤΗ*, *cubile*, *lectus*, *concubitus*, ac in universum *quodvis latibulum et habitaculum.* דֹּבֶר, *caula*, *ovile.* Mich. II, 12. - יָצוּעַ, *stratum.* 1 Par. V, 1. - מְאוּרָה, *caverna.* Ies. XI, 8. Conf. *Bocharti Hieroz.* P. III. p. 189. ed. *Rosenm.* - מָעוֹן, *habitaculum.* Ierem. X, 21. - מְעוֹנָה, idem. Iob. XXXVII, 8. XXXVIII, 40. - מִשְׁכָּב. Num. XXXI, 17. *ἥτις ἔγνω κοίτην ἄρσενος*, quae cognovit *concubitum* viri. Vide et v. 18. 35. Iud. XI, 11. 12. et conf. Sap. III, 13. 16. *Glossae: κοίτη*, *concubitus.* 2 Sam. XI, 2. *ἀνέστη Δαβὶδ ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ*, surgebat David a *lecto* suo. - *מֶשֶׁךְ תֻּבַל, *Mesech Tubal. Symm. Theod.* (teste *Hieronymo*) Ezech. XXXII, 26. *cubile eorum.* Legerunt מִשְׁכְּבֹהֶם, s. potius מִשְׁכָּבָם. Vide tamen *Scharfenbergium* ad *Cappelli Crit. S.* p. 840. de h. l. bene disputantem. - *סֻכָּה, *umbraculum*, etiam *latibulum*, *lustrum.* *Inc.* Iob. XXXVIII, 40. ubi *quodvis latibulum*, speciatim *antrum* notat, ut *Vulg.* transtulit. Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1108. ac *Munck.* ad *Antonin. Liber. Metam.* c. 8. - רֵבֶץ, *accubitus.* Ierem. L, 6. - שְׁכֹב infin. Lev. XV, 23. - שֹׁכֵב part. Ies. LVI, 10. *ἐνυπνιαζόμενοι κοίτην*, somniantes in *cubili.* *Vitringa* Comm. l. l. putat, forte deesse vocem *ἀγαπῶντες*, ut scripserint *ἐνυπνιαζόμενοι*, *ἀγαπῶντες κοίτην.* Sed rectius iudicat *I. G. Michaelis* Diss. de *cane symbolo Prophetae* p. 23., per ellipsin omissam esse particulam *ἐπὶ*, quartum casum regentem, ut Lev. XV, 4. et 23. - שִׁכְבָה, *cubatio.* Lev. XV, 16. *ἄνθρωπος, ᾧ ἂν ἐξέλθῃ ἐξ αὐτοῦ κοίτη σπέρματος*, ex quo egreditur *concubitus seminis*, h. e. *semen concubitus*, per hypallagen. Vide et v. 17. 31. Lev. XXII, 4. Lev. XV, 18. *ἐὰν κοιμηθῇ ἀνὴρ μετ' αὐτῆς κοίτην* (p o *κατὰ κοίτην*) *σπέρματος*, si concumbat vir cum illa *concubitu* seminis, h. e. *ita, ut semen genitale effluxerit.* - שְׁכֹבֶת, idem. Lev. XVIII, 20. 23. Num. V, 20. In utroque loco *κοίτη σπέρματος*

*semen concubitus* notat. 1 Macc. VII, 13. *πίπτειν ἐπὶ τὴν κοίτην in morbum gravem incidere s. corripi morbo* notat, coll. 1 Macc. I, 5. Eodem modo sumitur נָפַל Iud. VII, 12. coll. Exod. XXI, 18. Confer *Lex. N. T.* s. h. v.

*ΚΟΙ'ΤΗ ΚΑΙ' 'ΑΝΑ'ΠΑΤΣΙΣ, cubile et requies.* רָבַע, *cubo.* Ies. XVII, 2.

*ΚΟΙΤΩ'Ν, cubiculum.* חֶדֶר, *cubiculum, conclave, penetrale.* Iud. XV, 1. (ubi est *cubiculum coniugale.*) 2 Sam. XIII, 10. Ezech. VIII, 12. Adde 1 Reg. I, 15. ubi pro *εἰς τὸ ταμεῖον*, quod in exemplis reliquis legitur, in *Compl.* habentur verba: *εἰς τὸν κοιτῶνα*, quae quin ex alia versione desumta sint, quis dubitet? Hinc orta videtur glossa *Hesychii*: *ταμεῖον, κοιτῶνα*, coll. Genes. XLIII, 30. et Iud. XV, 1. — מְקֵרָה, *refrigeratio.* Iud. III, 24. *ἐν τῇ ἀποχωρήσει τοῦ κοιτῶνος.* Menti ipsius obversabatur fortasse locus 2 Sam. IV, 7. — מִשְׁכָּב, *cubile.* Exod. VIII, 3. 2 Sam. VI, 12. Cohel. X, 20. — חֲדַר מִשְׁכָּב, *conclave cubilis.* 2 Sam. IV, 7.

*ΚΟ'ΚΚΙΝΟΣ, coccineus, cocco tinctus.* כַּרְמִיל, *coccinum, coccineum.* 2 Par. II, 7. 14. III, 15. — שָׁנִי, *dibaphum, bis tinctum.* Gen. XXXVIII, 28. *ἔδησεν ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ κόκκινον*, sc. *σπαρτίον*, alligavit manui eius filum coccineum. Vide et v. 30. et conf. Ios. II, 18. Cant. IV, 3. VI, 6. ubi *σπαρτίον* additur. 2 Sam. I, 24. *κλαύσατε τὸν ἐνδιδύσκοντα ὑμᾶς κόκκινα (sc. ἱμάτια)*, plangite illum, qui vos induit vestimenta coccinea. Vide et Ier. IV, 30. — תּוֹלָע, *vermis*, etiam: *coccineus color.* Ies. I, 18. — תּוֹלַעַת שָׁנִי et שְׁנִי תוֹלַעַת. Exod. XXV, 4. XXVI, 1. XXXVI, 7. Lev. XIV, 4. 6. *κόκκινον*, sc. *ἔριον*, lana coccinea. Conf. Ebr. IX, 19. ubi *ἐρίου κοκκίνου* fit mentio. Num. IV, 8. *ἱμάτιον κόκκινον*, vestimentum coccineum.

*ΚΟ'ΚΚΟΣ, coccus, coccinum.* *Κόκκος* et *πορφύρα* distinguitur. V. *Brodaei Miscell.* lib. I. c. 8. nam purpura est ex ostreorum genere, e quo pretiosus ille liquor, vena industrie pertusa, colligebatur, qui et *purpura* dictus est. *Coccus* vero, ut vox ipsa graeca sonat, *granum* est fruticis cuiusdam (vel potius ilicis: *Plin.* IX, 41. XVI, 8. *Dioscorid.* IV, 45. *Theophrasti hist. plant.* III, 8.) surculosi, cui grana seu lentes adiacent, quae colorem eum affundunt, quem nos *scarlatium* vel *cramesinum* vocamus. שָׁנִי, *dibaphum, bis tinctum.* *Aqu.* Cant. IV, 3. — תּוֹלָע, *vermis*, etiam: *coccineus color.* Thren. IV, 5. *Hesych.* *κόκκος, ἐξ οὗ τὸ φοινικοῦν βάπτεται, καὶ αὐτὸ τὸ χρῶμα, καὶ τὸ γυναικεῖον μόριον, καὶ ὁ τοῦ σίτου κόκκος.* Conf. *Braunium* de *vestitu sacerd. Hebr.* lib. I. c. 15. §. 200. et *Bochartum Hier.* P. II. lib. IV. c. 27. p. 624. sequ.

*ΚΟΛΑΒΡΙ'ΖΩ, contero, disrumpo, despicio, vilipendo.* הִרְגָּא pro הִתְגָּרָא Hithp. Iob. V, 4. *κολαβρισθείησαν δὲ ἐπὶ*

*θύραις ἡσσόνων*. *vilipendantur* autem ad portas inferiorum: ubi nonnulli reponendum iudicant *κολαφισθείησαν*. Vox hebr., quae proprie *conteri* notat, h. l. notionem *opprimendi* habet. Caeterum contrita vilipenduntur. *Olympiodorus* ad h. l.: *κολαβρισθείησαν, τουτέστιν ἐπιτριβείησαν, ἐξευτελισθείησαν. κολαβρὸς γὰρ ὁ μικρὸς χοῖρος*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *κολαβρισθείησαν, περιῤῥαγείησαν, χλευασθείησαν, κολοκοπηθείησαν* (lege *ποδοκοπηθείησαν*). *Phavor.* *κολαβρισθείησαν, περιῤῥαγείησαν, ἐκτιναχθείησαν, εὐτελεῖς νομισθείησαν*. Apud *Hesychium* legitur: *καλαβρισθείησαν, χλευασθείησαν*. Idem: *καλαβρισθείησαν, κοπηθείησαν, ποδοκοπηθείησαν*. Sed vox *καλαβρισθείησαν* verbis accensenda est, quae vitiose Lexico *Hesychiano* inserta sunt. *Κάλαβρος* enim, et *κόλαβρος*, unde est *καλαβρίζειν* et *κολαβρίζειν*, in usu sunt, non item *κώλαβρος*. *Suidas*: *κολαβρισθείη. χλευασθείη, ἐκτιναχθείη, ἀτιμασθείη. κόλαβρος γὰρ καὶ κάλαβρος, ὁ μικρὸς χοῖρος. ἀντὶ τοῦ οὐδενὸς λόγου ἄξιος νομισθείη*. Conf. *Bocharti Hieroz.* P. I. Lib. II. c. 57. p. 707.

*ΚΟΛΑ'ΖΩ*, *punio*, *castigo*. הִכְנִיעַ Hiph. *deprimo*. *Aqu.* 2 Sam. VIII, 1. *ἐκόλασεν*. Mihi admodum suspecta est haec nota hexaplaris, quae nimis recedit a propria verbi hebr. notione, quam ut *Aquilae* tribui possit. Igitur aut *ἐταπείνωσε* reponendum erit, aut, quia hoc quoque nimis recedit ab impressa lectione, statuendum erit, *A* h. l. *ἄλλον* significare, qui sensum expresserit; hoc sensu: puniit eos (ob crebras irruptiones, quas in terram Iudaicam fecerant), sc. deprimendo et infringendo eorum potestatem. — קָבַע, *rapio*. *Symm.* Prov. XXII, 23. *κολάσεται*. Sap. XI, 17. *δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων κολάζεται*, per quod quis peccat, per hoc punitur et idem. Vide et Sap. XVI, 19. 1 Macc. VII, 7. 2 Macc. VI, 14.

*ΚΟΛΑΚΕΥ'Ω*, *adulor*, *assentor*. 3 Esdr. IV, 31. Sap. XIV, 17. *divino cultu prosequi*. *Vulg. colere*.

*ΠΡΟΣΚΑΛΕ'ΟΜΑΙ ΚΟΛΑΚΕΥ'ΩΝ*, *adulans advoco*. חָנַן, *supplico*. *Symm. et LXX* Iob. XIX, 17.

*ΚΟΛΑΠΤΑΙ'*, plur. *sculpti calyces florum nondum apertorum*. *Kircherus* transfert *cucurbitas*. פְּקָעִים plur. *cucurbitae*. 1 Reg. VI, 18. et 29. In utroque loco *Compl.* habet *ἐν κολαπτοῖς*.

**ΚΟΛΑΠΤΟ'Σ*, *sculptus*, *incisus*. Vide supra s. v. *κολαπταί*.

*ΚΟΛΑ'ΠΤΩ*, *sculpo*, *incido*. גָּזִית, *caesura*. 1 Reg. VII, 9. *κεκολαμμένα*, *caelata*. Ita *Bielius*. Sed rectius referendum videtur ad מְגֹרָרוֹת, praeeunte *Montfauconio*. *Serrata* et *incisa* minime differunt. Cohaeret praeterea *κεκολαμμένα* cum verbis *ἐκ διαστήματος*, *ex intervallo*, quae hebr. בַּמְּגֵרָה, *in serra*, respondent. — חָרַת, *incido*, *insculpo*. Exod. XXX, 11. 15.

γραφὴ θεοῦ ἐστι κεκολαμμένη ἐν ταῖς πλαξὶ, scriptura Dei *est sculpta* in tabulis. *Hesych.* κεκολαμμένη, γεγλυμμένη. - בְּרוֹת plur. *trabes excisae.* 1 Reg. VII, 12. - פִּתֵּחַ, *aperio*, h. l. *caelatura scalpo.* Exod. XXXIX, 6. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* κολάπτει, γλύφει. Sirac. XLV, 13.

*ΚΟ'ΛΑΣΙΣ*, *poena*, *cruciatus*, *supplicium*. מִכְשׁוֹל, *offendiculum*. Ezech. XIV, 3. 4. 7. XVIII, 30. XLIV, 12. Omne, quod causa est *infortunii* aut *poenae*, in SS. *offendiculum* dicitur. Sap. XI, 14. διὰ τῶν ἰδίων κολάσεων. *Lat.* reddit: *per sua tormenta.* Vide et Sap. XVI, 2. 24. XIX, 4. et conf. Matth. XXV, 46. et *Aelian. V. H.* XIII, 2. 2 Macc. IV, 38. τοῦ κυρίου τὴν ἀξίαν αὐτῷ κόλασιν ἀποδόντος, Domino dignam illi retribuente *poenam.*

*ΚΟ'ΛΑΣΙΝ ΛΑΜΒΑ'ΝΟΜΑΙ*, *castigationem accipio.* נִכְלָם Niph. *erubesco.* Ezech. XLIII, 11. Vox hebr. notat quoque *poena ignominiosa affici.*

**ΚΟΛΑΣΤΗ'ΡΙΟΝ*, *instrumentum aptum ad poenas inferendas.* 4 Macc. X, 4.

*ΚΟΛΕΟ'Σ*, *vagina.* נָדָן, idem. 1 Par. XXI, 27. ubi alii κουλεὸν habent. - תַּעַר, *novacula*, item *vagina.* 2 Sam. XX, 8. Ezech. XXX, 3. *Inc.* et LXX ib. v. 30. *Hesych.* κολεὸς, ἡ θήκη τοῦ ξίφους.

*ΚΟΛΛΑ'Ω*, pr. *agglutino*, metaph. *adhaerere* vel *cohaerere facio*, et κολλάομαι, *conglutinor*, *adhaereo*, *cohaereo*, metaph. *firmiter adhaereo.* דָּבַק, idem. (ܕܒܩܐ est *arbor, ex qua viscus nascitur*, unde et *viscus*, graece ἡ κόλλα, ipse ܕܒܩܐ dicitur. Similiter Arabibus دبق tum *plantam*, tum *gluten ipsum* significat.) Deut. X, 20. πρὸς αὐτὸν κολληθήσῃ, illi *adhaerebis.* Ierem. XIII, 12. καθάπερ κολλᾶται τὸ περίζωμα περὶ τὴν ὀσφὺν τοῦ ἀνθρώπου, οὕτως ἐκόλλησα πρὸς ἐμαυτὸν τὸν οἶκον ἰσραὴλ, quemadmodum cingulum *adhaeret* lumbo hominis, ita ego mihi *adhaerere feci*, s. *arctissime mecum coniunxi* domum Israelis. Thren. IV, 4. ἐκολλήθη ἡ γλῶσσα θηλάζοντος πρὸς τὸν φάρυγγα, *adhaeret* lingua infantis sugentis faucibus. Deut. XXVIII, 6. κολληθήσονται ἐν σοὶ, firmiter tibi adhaerebunt. Vide et 2 Reg. III, 3. V, 27. Ruth. II, 8. κολλήθητι μετὰ τῶν κορασίων μου, *adhaere s. adiunge te* ancillis meis. 2 Sam. XX, 2. ἐκολλήθη τῷ βασιλεῖ αὐτῶν, *manserunt* apud regem suum. 2 Reg. XVIII, 6. ἐκολλήθη τῷ κυρίῳ, Iovae *adhaesit.* Conf. 1 Cor. VI, 17. Iob. XXIX, 10. γλῶσσα αὐτῶν τῷ λάρυγγι αὐτῶν ἐκολλήθη, lingua illorum faucibus illorum *adhaeret.* Vide et Ps. CXXXVI, 7. Psalm. CXVIII, 25. ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, *adhaeret solo anima mea*, h. e. *valde humiliatus sum.* Iob. XXXVIII, 38. κεκόλληκα δὲ αὐτὸν ὥσπερ λίθῳ κύβον, *cohaerere* autem il-

lum feci, tanquam tesseram cum lapide. Iob. XLI, 15. *σάρκες δὲ σώματος αὐτοῦ κεκόλληνται*, carnes autem corporis eius *inter se cohaerent*. Ps. XLIII, 27. *ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου*, anima mea tibi *adhaeret*. Ps. XLIII, 27. *ἐκολλήθη εἰς γῆν ἡ γαστὴρ ὑμῶν*, *adhaeret terrae* venter vester, h. e. *humi iacet* corpus vestrum. Ps. CXVIII, 31. *ἐκολλήθην τοῖς μαρτυρίοις σου*, *adhaereo* testimoniis tuis. Adde: *Aqu.* 1 Sam. XXXI, 2. *ἐκολλήθησαν*, *a tergo* illum *persecuti sunt*. *Idem ac Inc.* 2 Sam. I, 6. *Aqu.* Iob. XIX, 20. – הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, *tangere facio*. Thren. II, 2. *ἐκολλήθην* (vel, ut alii rectius, *ἐκόλλησεν*) *εἰς τὴν γῆν*. Adde Zach. IV, 5. sec. cod. *Barb.* – נָגַשׁ, *appropinquo*. Iob. XLI, 8. *εἷς τοῦ ἑνὸς κολλῶνται*, unus alteri adhaeret. – נָצַר, *custodio*. Ps. XXIV, 2. Tribuerunt voci hebr. eam notionem, quam habet lat. *observare*. Secundum *Cappellum* in *Crit. S.* p. 522. legerunt יִצְרוּנִי, a צרר, *arctare*, *premere*, vel צָרַר, *ligare*, *colligare* – רָבַץ, *cubo*. Deut. XXIX, 20. *κολληθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ ἀραί*, *incumbent* ei omnes imprecationes. Baruch. I, 14. *ἐκολλήθη εἰς ἡμᾶς τὰ κακά*, coll. Dan. IX, 11. Vide et III, 2. 3 Esdr. IV, 20. *πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα κολλᾶται*, uxori suae *adhaeret*. Sir. XIX, 2. *ὁ κολλώμενος πόρναις*, coll. 1 Cor. VI, 16.

*ΚΌΛΛΗ*, i. q. *κόλλα*, *gluten*. *דֶּבֶק, *iunctura*. *Aqu. Theod.* Ies. XLI, 7. *τῇ κόλλῃ ἀγαθόν ἐστιν*. *Vulg. glutino bonum est*: melius: ad conglutinationem bonum est. Vox hebr. habet duas notiones, *iuncturae*, *commissurae*, et *glutinis*, *ferruminis*. – מְחוּגָה, *circinus*. Ies. XLIV, 13. *ἐν κόλλῃ ἐῤῥύθμισεν αὐτό*. Suspecta mihi est h. l. vox *κόλλῃ*. Scribere debuissent *ἐν γύρῳ*. Num fortasse legendum est *κύκλῳ*? Sed destituitur haec coniectura usu loquendi. Adde *Herodot.* II. p. 119. 24.

*ΚΌΛΛΗΣΙΣ*, *conglutinatio*. דֶּבֶק, *iunctura*. *Symm.* Ies. XLI, 7. Sir. XXV, 14. sec. *Compl.* *πίστις ἀρχὴ κολλήσεως*, fides est initium *constantissimae pietatis*.

*ΚΟΛΛΎΡΑ*, *collyra*, *panis parvus*, *panis subcinericeus*, *placenta*. חַלַּת לֶחֶם, *placenta panis*. *Al.* Lev. VIII, 26. *ἔλαβε κολλύραν ἄζυμον μίαν, καὶ κολλύραν ἄρτου ἐξ ἐλαίου μίαν*, sumebat collyram azymam unam, et collyram panis ex oleo unam. *Inc.* Lev. VII, 12. ubi vid. *Montf. Symm.* 1 Sam. II, 36. X, 4. – *כִּכָּרוֹת, *tortae*. *Symm.* 1 Sam. X, 3. – צְלוֹל, *strepitus*, *torta*. *Symm.* Iud. VII, 13. Vide ad h. l. *Scharfenbergium*. – רָקִיק, *lagana*. *Aqu.* Exod. XXIX, 2. *Suidas*: *κολλύρα, εἶδος ἄρτου, ἢ ὁ μικρὸς ἄρτος, ὃν τοῖς παιδίοις διδόασιν*. (Eadem leguntur apud *Schol. Aristoph. Pac.* v. 123.) *ἢ εἶδος πλακοῦντος*. *Augustino* de *Gen. ad literam* l. VIII. c. 5. est *panis subcinericeus*. Conf. *Drusium* in *Fragm.* p. 164. et *Ramiresium de Prado Penteo*, c. 48.

*ΚΟΛΛΥΡΙΖΩ*, *tortas panis facio.* לִבֵּב Pih. *placentas paro.* 2 Sam. XIII, 6. 8. *Vulg. ut faciat sorbitiunculas.*

*ΚΟΛΛΥΡΙΟΝ*, i. q. κολλύρα. נִקֻּדִים plur. *buccellata, punctulis respersa.* 1 Reg. XIV, 3.

*ΚΟΛΛΥΡΙΣ*, idem. בִּרְיָה, *cibus.* 2 Sam. XIII, 5. – חַלָּה, *placenta.* 2 Sam. VI, 19. – לְבִבוֹת plur. *placentae, quae animum reficiunt*, et *sunt quasi cordialia.* 2 Sam. XIII, 6. 8. 10. *Inc.* Levit. VII, 12.

*ΚΟΛΛΥΡΙΤΗΣ*, idem. אֲשִׁישָׁה, *lagena. Al.* 1 Par. XVI, 3. κολλυρίτην. Sed pertinet potius haec vox ibi ad כִּכָּר in anteced. Vide supra s. v. κολλύρα. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* κολλυρίτης, ἄρτος ἄζυμος.

*ΚΟΛΟΒΟΚΕΡΚΟΣ*, *cauda mutilatus.* קָלוּט, *contractum, decurtatum.* Levit. XXII, 23.

*ΚΟΛΟΒΟΡΡΙΝ*, aut secundum alios κολοβόριν, *cui curtus est nasus* vel *diminutus*, vel *naso mutilatus.* חָרוּם, *curtus membris.* Lev. XXI, 17. *Vulg. naso parvo*, sc. qui est. *Suidas:* κολοβόῤῥιν, ὁ μικρόῤῥιν. Conf. *Fulleri Miscell. S.* lib. VI. c. 20. p. 762. sequ. Est a κολοβὸς, *parvus* vel *mutilus*, et ῥὶν, *nasus.*

*ΚΟΛΟΒΟΤΗΣ*, *decurtatio*, *desectio.* קֹצֶר, idem. *Aqu.* Exod. VI, 9. ἀπὸ κολοβότητος πνεύματος, prae *defectione spiritus.* (LXX ὀλιγοψυχία.) Verbum de verbo: *decurtatione spiritus.* Fit autem illa, quando deficiente spiritu syllabae curtae et aliqua ex parte truncatae proferuntur. Vide *Drusium* in *Fragm.* p. 134.

*ΚΟΛΟΒΟΧΕΙΡ*, *mutilus manu.* חָרוּם, *curtus membris. Al.* et LXX sec. *Compl.* Lev. XXI, 17. Apud *Holmesium* vitiose χολοβόχειρ legitur.

*ΚΟΛΟΒΟΩ*, *mutilo*, *decurto.* קָצַב, *praescindo*, *abscindo. Symm. Theod.* Ies. XXVIII, 20. – קָצַר, *abbrevio*, *decurto.* 2 Sam. IV, 12. *Inc.* Iud. XVI, 16. ἐκολοβώθη (sc. ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, quod ex *Aquilae* versione repetendum est), *decurtata est anima eius.* Mira ac inusitata loquendi ratio, cuius sensus tantum e serie orationis ac reliquis verss. erui potest: e quibus apparet, subesse ei notionem *taedii*, *impatientiae cum indignatione coniunctae ac desperationis. Symm. Theod.* Ies. XXVIII, 20. *Aqu.* Zach. XI, 8. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* κολοβοῖ, ἐπικόπτει, ἀκρωτηριάζει.

*ΚΟΛΟΚΥΝΘΗ*, *cucurbita.* קִיקָיוֹן, *ricinus.* Ion. IV, 7. 8. 10. 11. Ita vocem hebr. praeter *Syrum Abenesra* quoque interpretatus est. Vide *Is. Vossii* Resp. ad *Christ. Schotanum* p. 425. sequ.

*ΚΟΛΟΚΥΝΘΙΣ*, *colocynthis.* פַּקֻּעֹת, idem, plur. *Inc.* 2 Reg. IV, 39. Conf. *Ol. Celsii Hierobot.* T. I. p. 402.

*ΚΟΛΠΟΣ*, *sinus*, *gremium*, *laxa curvitas*, seu *curvitas in veste*, *qua aliquid excipere possumus.* חֵיק, idem. Gen.

XVI, 5. δέδωκα τὴν παιδίσκην μου εἰς τὸν κόλπον σου, dedi ancillam meam in *sinum* tuum, h. e. in *amplexum* tuum. Deut. XIII, 6. ἡ γυνή σου, ἡ ἐν τῷ κόλπῳ σου, uxor tua, quae in *sinu* tuo est, h. e. in *amplexu* tuo, vel: *tibi charissima.* Vide et Deut. XXVIII, 54. 56. 2 Sam. XII, 8. et conf. Sir. IX, 1. ac *Fesselii Advers. SS.* lib. IV. cap. 9. p. 585. Num. XI, 12. λάβε αὐτοὺς εἰς τὸν κόλπον σου, accipe illos in sinum tuum. Conf. ad h. l. quae de parentibus, liberos in sinu gestare solitis, ex *Longo*, *Virgilio* et *Horatio* observat *Elsnerus* ad Iob. I, 18. p. 299. Ps. LXXIII, 12. ἱνατί ἀποστρέφεις τὴν χεῖρά σου, καὶ τὴν δεξιάν σου ἐκ μέσου τοῦ κόλπου σου; cur avertis manum tuam, et dexteram tuam a medio sinus tui? ad quem locum *Suidas* ex *Theodoreto*, ut notat *Küsterus*, ita: κόλπος ἐπὶ θεοῦ, ὁ τῶν ἀγαθῶν θησαυρός. χεὶρ δὲ, ἡ ἐνέργεια. Ies. LXV, 14. ἀνταποδώσω εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας, retribuam *in sinum eorum* s. *ipsis* peccata. Vide et Ierem. XXXII, 18. *Theod.* Iob. XIX, 27. - חֵךְ, *palatum.* Hos. VIII, 1. εἰς κόλπον αὐτῶν. Legerunt בְּחֵיקָם a חֵיק vel חֵק, quod hanc significationem habet, quae tamen ab h. l. prorsus est aliena. - חֹפֶן, *pugnus.* Prov. XXX, 4. τίς συνήγαγεν ἀνέμους ἐν κόλπῳ. In locum pugni liberiore interpretatione facile succedere potuit *sinus*, et quidem salvo sensu, quem textus postulat. - חֹצֶן, *lacertus.* *Inc.* et LXX Psalm. CXXVIII, 6. Ies. XLIX, 22. Vox hebr. in l. aethiop. *sinum, gremium* notat, a חָצַן, *nutrivit, educavit.* - חֵלֶק, *portio.* Iob. XXIII, 12. Hic quoque legerunt חֵיק vel חֵק. - צַלַּחַת, *lebes.* Prov. XIX, 24. *Iaegero* iudice legerunt צַלְחוֹת. Sed fortasse ita verterunt, veram significationem verbi hebr. ignorantes. Idem valet de altero loco ib. XXVI, 15. Confer quoque notata supra ad חֹפֶן. Sir. IX, 1. γυναῖκα τοῦ κόλπου σου, *mulierem, quae tecum est arctissime coniuncta:* coll. Deut. XIII, 6. et Mich. VII, 5.

ΚΌΛΠΩΜΑ, idem. חֵיק, idem. *Aqu. et LXX* Ezech. XLIII, 13 et 15.

ΚΟΛΥΜΒΆΩ, *nato.* שָׂחָה, idem. *Symm.* Ies. XXV, 11: κολυμβῆσαι.

ΚΟΛΥΜΒΗ'ΘΡΑ, *piscina.* בְּרֵכָה, idem. 2 Reg. XVIII, 17. Nehem. II, 14. Nahum. II, 8. *Aqu. Theod.* 2 Sam. II, 13. *Symm.* Ies. XXII, 11. Cant. II, 5. *Suidas:* κολυμβήθρα, ὁ κόλυμβος. ὁ κόλυμβος δὲ, ὁ τοῦ λουτροῦ. Confer quae ad h. l. ex *Salmasio* notat *Küsterus*, et *Lex. N. T.* s. h. v.

ΚΟΛΩ̃ΝΑΙ, *tumuli*, *acervi.* *Bocharius Hier.* P. I. lib. 4. c. 8. p. 1091. pro χελῶναι, quod Hos. XII, 12. apud LXX respondet hebr. גַּלִּים (*acervi*), legendum censet κολῶναι, cum similis locutionis non detur exemplum, et vox hebraea alibi Graecis Intt. sit βουνὸς, *tumulus*, χῶμα, *agger*, σωρὸς, *acervus*, συναγωγὴ λίθων, *collectio lapidum.* Idem vocem κολῶναι

pro *tumulis* usurpari *Homero* (v. c. Il. II, 811. XI, 710.), *Apollonio* aliisque observat. Sic etiam *Hesychius*: κολώνη, τόπος ὑψηλὸς, καὶ ἐπανάστημα γῆς βουνοειδές.

*ΚΟΛΩΝΟ'Σ, idem quod κολώνη, *locus altus*, *collis* etc. Restituenda est haec vox *Symmacho*, qui, teste *Hieronymo*, Ierem. XLIX, 3. pro בַּגְּדֵרוֹת, *in maceriis*, posuit *in coloniis*, vitiose pro ἐν κολωνοῖς. Κολωνοειδὴς legitur apud *Schol.* ad *Apollon. Rhod. Argon.* II. v. 651. *Zonaras Lex.* col. 1230. κολωνός, τόπος ὑψηλός. Vide quoque *Suidam*.

ΚΟ'ΜΗ, *coma*. עֹרֶף, *cervix*. Iob. XVI, 12. λαβών με τῆς κόμης, ubi aequipollentes formulas metaphoricas, *prehendere cervicem alicuius*, ac *tenere aliquem coma*, pro more suo, de sensu tantum solliciti, permutarunt. – *בֵּן, *filius*. Iob. XXXVIII, 32. ἕσπερον ἐπὶ κόμης αὐτοῦ, hebr. עַל בָּנֶיהָ, *super filiis suis*. Mutat *Breitingerus* κώμης, sed quia *Itala* v. habet *super aedificationem*, *Greve* ad h. l. p. 7. legere mavult δομῆς, quod etiam hebr. melius consentit, si legatur בְּנִיָּה, ut deducatur a בָּנָה. Neque tamen lectio κόμης prorsus reiectanea est, si quidem per filios Arcturi stellas ei subiectas (*Comans Berenices* Graecia appellavit) intellexisse potuerunt. *Scholiastes*, notante *Nobilio* ad h. l., in ed. *Sixt.* observat, *comam* appellari hic *praestantiam fulgoris*, sed hoc frigidum ac dilutum indicat *Cappellus*, qui coniicit legendum vel γονῆς vel οἰκοδομῆς. Sed si quid mutandum, legere mallem κόρας αὐτοῦ vel κόρας. *Suidas*: Κόμη. ἐν Ἰὼβ ὁ κύριος. καὶ ἕσπερον τὸν ἀστέρα ἐπὶ κόμης αὐτοῦ ἄξεις αὐτόν. κόμην τὴν ὑπερβολὴν τῆς λάμψεως λέγει, καὶ τὴν εὐπρέπειαν. – פֵּאָה, *angulus*. Levit. XIX, 27. Sed ibi potius ad ראשׁ pertinere mihi videtur. Nam ראשׁ per metonymiam *capillos capitis* significare potest. – פְּאֵר, *tiara*. Ezech. XXIV, 23. – פֶּרַע. Num. VI, 5. Ezech. XLIV, 20. – Vide alibi s. κεφαλή.

*ΚΟΜΙΔΗ', *perquam*, *nimis*, *oppido*. 4 Macc. III, 1. *Zonaras Lex.* col. 1248. κομιδῇ, ἀντὶ τοῦ λίαν ἢ παντελῶς. Vide quoque *Suidam* s. h. v.

ΚΟΜΙ'ΖΩ, *fero*, *porto*, *accipio*, *affero*. הֵיבֵל, chald. Aphel. a יְבַל, *deporto*. Esdr. VI, 5. – הִצִּיל Hiph. a נָצַל, *eripio*. *Inc.* 1 Sam. XXX, 18. ἐκομίσατο, ubi *recuperare* notat. – נָשָׂא, *fero*, *porto*. Ezech. XVI, 52. κόμισαι βάσανον, *porta cruciatum*, seu: *luas poenam*. Vide et v. 63. 57. Praeterea legitur 1 Sam. II, 22. sec. cod. *Alex.* ubi tamen lectio ἐκόμιζον falsa est, ac reponendum ἐκοίμιζον, h. e. *ad concubitum illicitum incitarunt ac compulerunt*. Vide ibi varr. lect. Tob. IX, 1. κόμισαί μοι τὸ ἀργύριον, *accipias* pro me argentum. 3 Esdr. IV, 5. τῷ βασιλεῖ κομίζουσι πάντα, regi omnia *afferunt*. 3 Esdr. IX, 39. κομίσαι τὸν νόμον Μωυσῆ, ut *afferret* legem Mosis. Vide et v. 40. ubi hebr. הֵבִיא Nehem. VIII, 1. 2. respondet. Sap. XVIII, 21. θυμιάματος ἐξιλασμὸν κομί-

σας, suffitus propitiationem *afferens*. *Hesych.* κομίζων, βαστάζων, ἐπιφέρων.

*KOMI'ZOMAI*, *fero*, *reporto*, *recipio*, *accipio*. לָקַח, *accipio*. Gen. XXXVIII, 20. κομίσασθαι παρὰ τῆς γυναικὸς τὸν ἀῤῥαβῶνα, ut *reciperet* pignus a muliere. Hos. II, 9. κομιοῦμαι τὸν σῖτόν μου καθ' ὥραν αὐτοῦ, *recipiam* frumentum meum tempore suo. *Theod.* Iob. XXVII, 13. κομίσονται. – נָשָׂא. *Al.* Lev. XX, 17. ἁμαρτίαν κομιοῦνται, *peccatum ferent*, h. e. peccati *poenam sustinebunt*. – עָבַד, *servio*, *colo*. *Inc.* Ios. XXIII, 7. καὶ οὐ μὴ κομιεῖσθε sec. cod. *Basil.* Verba haec partim obscura sunt, partim hebr. nullo modo conciliari possunt. Recte itaque *Scharfenbergius* ad h. l. legendum existimat: καὶ οὐκ ὀμεῖσθε sive καὶ μὴ ὀμῆσθε, nolite iurare sc. per deastros gentium finitimarum, ut referantur haec verba ad antecedentia וְלֹא תַשְׁבִּיעוּ, quae coniectura est admodum probabilis. Nam iuramentum est pars cultus divini. – שָׁמֵם, *desolo*. Ps. XXXIX, 21. (XL, 16.) κομισάσθωσαν. Legerunt יִשְׂאוּ, aut secundum alios יִשֹּׁמוּ, ut in loco parallelo legitur. Tob. VII, 14. κομίζου αὐτὴν, *accipe* illam. Vide et v. 15. 1 Macc. XIII, 37. τὸν στέφανον τὸν χρυσοῦν κεκομίσμεθα, coronam auream *accepimus*. Conf. 2 Petr. V, 4. 2 Macc. VII, 11. παρ' αὐτοῦ ταῦτα πάλιν ἐλπίζω κομίσασθαι, ab illo haec rursus spero me *accepturum* esse. 2 Macc. VII, 29. ἵνα ἐν τῷ ἐλέει σὺν τοῖς ἀδελφοῖς σου κομίσωμαί σε, ut in illa miseratione cum fratribus tuis te *recipiam*. Conf. Hebr. XI, 19. et ad h. l. *Raphelii annot. Polyb.* p. 679. 2 Macc. VIII, 33. τὸν ἄξιον τῆς δυσσεβείας ἐκομίσατο μισθὸν, dignam impietate *reportavit* mercedem. Confer 2 Petr. II, 13. et *Alberti* ad 1 Petr. I, 9. p. 454. sequ. 2 Maccab. X, 1. τὸ μὲν ἱερὸν ἐκομίσαντο καὶ τὴν πόλιν, templum quidem *receperunt* et urbem.

*KO'MMA*, *segmen*, *incisum*, item *signum nummo percusso impressum*, *moneta*. 1 Macc. XV, 6. ἐπέτρεψά σοι ποιῆσαι κόμμα ἴδιον, νόμισμα τῇ χώρᾳ σου, permisi tibi facere *monetam* propriam, numisma regioni tuae.

*KO'MΠΟΣ*, *fastus*, *superbia*. Esth. XVI, 4. τοῖς τῶν ἀπειραγάθων κόμποις ἐπαρθέντες, eorum quasi, qui nullum beneficium acceperunt, multo *fastu* elati. *Hesych.* κόμποις, ὑπερηφανίαις. Sic enim legendum videtur pro ὑπερηφάνοις. 3 Macc. VI, 5. de Sennacheribo: βαρέα λαλοῦντα κόμπῳ καὶ θράσει, dura loquentem *superbia* et audacia. *Suidas*: κόμπος, ἀλαζονεία, ἔπαρσις.

*KO'NΔΥ*, *poculum*, *calix*, *scyphus*. גָּבִיעַ, *scyphus*, *crater*. Gen. XLIV, 2. (ubi vid. *Montf.*) 12, 16, 17. – כּוֹס, *calix*. Ies. LI, 17. (ubi duae versiones coaluerunt) et 22. *Suidas* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Κόνδυ, ποτήριον. *Gloss. in Octateuch.* Κόνδυ, ποτήριον βασιλικόν. *Hesychius*: Κόνδυ,

*ποτήριον βαρβαρικὸν*, (ex *Polluce* Persicum, et ex *Athenaeo* Asiaticum, quod cotylas decem ceperit.) *κυμβίον*. Ad quem locum *Ed. Bernardus* nota MSta: *q. cavum, collum, vel a caelatura, qu. γλύμμα. Nam arab.* كغدن *utrumque significat, vel fas fodere, excavare et caelare. Κοίλωμα Pollux. Vel denique a forma rotunda, nam est* كغدة *Persis idem, quod graece latineque σκύφος, a σκύψω, i. e. σκάψω, σκάπτω. Vid.* 478. *Athenaeus, ubi constat forma sua orbiculari.* Vide et *Relandi Diss. Miscell.* P. I. p. 218. sequ. ac *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 91.

*ΚΟΝΔΥΛΙ'ΖΩ, pugnis caedo, nodos digitorum infringo.* Amos. II, 7. *ἐκονδύλιζον εἰς κεφαλὰς πτωχῶν*, nodos digitorum infringebant in capita pauperum, s. pugno percutiebant capita pauperum. In textu hebr. nihil pro hoc verbo legitur. Videtur tamen olim in textu fuisse בָּכוּ, omissum ob similitudinem h. vocis cum sequenti וְּבֶ. Nam *Syrus* quoque expressit. *Drusio καὶ ἐκονδύλιζον* merum scholion esse videtur. *Gloss. MS.* in *Proph.* et *Hesychius: ἐκονδύλιζον, ἔτυπτον τοῖς κονδύλοις, τουτέστιν τοῖς δακτύλοις.* Ita et *Gloss. MS.* in *Proph.*, nisi quod vitiose ibi legatur *ἐκονδήλιζον*, et *κονδήλοις*. *Suidas* etiam *ἐκονδύλιζον* interpretatur *τοῖς δακτύλοις ἔκοπτον*. *Hesychius* alias *κονδυλίζει* exponit *κολαφίζει*. Conf. *Thom. Mag.* v. *κονδυλίζω*, et *Pollucem* lib. VIII. c. 7. segm. 76. Praeterea legitur Mal. III, 5. ubi hoc vocabulum de suo addidit Alexandrinus. Vide *Bahrdtii* Comment. ad h. l. et *Fischeri prolusс. de verss. gg.* p. 189.

*ΚΟΝΔΥΛΙΣΜΟ'Σ, ictus pugno incussus*, it. metaphorice *contumelia*. גִּדּוּפִים plur. *convicia*. Soph. II, 8.

*ΚΟΝΙ'Α, pulvis, cinis*, it. *calx*. גָּר part. *habitans, accola*. Iob. XXVIII, 4. Legerunt גִּיר. – מוּצָק, *solidum, firmum*. Iob. XXXVIII, 38. *κέχυται δὲ ὥσπερ γῆ κονία*, ubi tamen pro *κονία* legendum est *χωνεία* ex sententia *Grabii Proleg.* in *LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 2. quae tamen mihi in hoc veterum consensu non fit probabilis. *Vulgatus* habet: *quando fundebatur pulvis in terra.* Caeterum מוּצָק h. l. rectius, et ad scriptoris sacri finem aptius de *loco angusto* explicatur, ita ut ad rad. צוּק potius, quam ad יָצַק referri debeat. – שִׂיד, *calx*. Deut. XXVII, 2. Amos. II, 1. *Lex. Cyrilli MS. κονία, ἡ λευκασία.*

*ΚΟΝΙ'Α ΛΕΠΤΗ', pulvis tenuis.* אַבְנֵי גִר, *lapides calcis*. Ies. XXVII, 9.

*ΚΟΝΙΆΖΟΜΑΙ, pulvere conspergor.* אֲדָמָה עַל רֹאשׁוֹ, *terra super caput eius. Symm.* 2 Sam. I, 2. *κεκονιασμένος*. – אֵשֶׁת מִדְיָנִים, *mulier contentionum s. rixosa.* Prov. XXI, 9. *κεκονιασμένος μετὰ ἀδικίας*, iniustitia tanquam pulvere con-

spersus. Ita *Bielius.* Sed legitur ibi: *ἐν κεκονιασμένοις (sc. οἰκήμασι) μετὰ ἀδικίας,* in conclavi calce obducto habitare abundantem iniuste partis: ubi itaque *μετ' ἀδικίας* respondet hebr. מְרִיבִים, et pro אֵשֶׁת interpretem oportet habuisse nomen derivatum, vel participium a verbo שִׂיד, *calce dealbare.*

*ΚΟΝΙ'ΑΜΑ, opus albarium s. id quod calce dealbatum est.* בִּירָא chald. *calx.* Dan. V, 5.

*ΚΟΝΙΑ'Ω, dealbo.* שׂוּר, idem. Deut. XXVII, 2. 4. *κονιάσεις κονίᾳ. Vulg. calce levigabis.*

*ΚΟΝΙ'ΖΟΜΑΙ, in pulvere volvor,* it. *luctor.* Solent enim ii, qui luctantur, in pulvere volutari. אֲדָמָה עַל רֹאשׁוֹ, *terra super caput eius. Symm.* 2 Sam. I, 2. *κεκονισμένος.* ubi vero vera lectio *κεκονιασμένος* esse videtur. - נֵאָבֵק Niph. *luctor. Inc.* (*Aqu.* sec. cod. Mosqu.) Gen. XXXII, 24. *ἐκονίζετο.* Ib. v. 29. *ἐκονίετο.*

*ΚΟΝΙΟΡΤΟ'Σ, pulvis.* אָבָק, idem. Exod. IX, 9. Deut. XXVIII, 24. Ies. V, 24. et alibi. - אֲבָקָה, idem. Cant. III, 6. - חֹמֶר, *lutum.* Ies. X, 6. - מוֹץ, *gluma.* Iob. XXI, 18. - מַק, *tabes.* Ies. III, 23. Nonnullis videntur legisse דַּק seu מוֹץ. *Michaelis Bibl. Or.* XIV, 109. confert arab. موص, *pulvis,* et puncta subiicit מֹק, coll. V, 24. - עוּר chald. *gluma.* Dan. II, 35. Vide *Schultensii Opera minora* p. 321. - עָפָר, *pulvis.* Deut. IX, 21. Thren. III, 29. ubi quoque *Inc. κονιορτὸς* habet. - *קָדִים, *Eurus. Inc.* Iob. XXVII, 21. *ὡς κονιορτός.* Ita in *Hexaplis.* Sed haec verba non pertinent ad קָדִים, continent potius scholion ex aliis locis a librario post sequens וְיֵלַךְ, *et abreptus est,* additum, cui nihil in textu hebr. respondet. - שִׁפְעַת, *agmen.* 2 Reg. IX, 17. *εἶδε τὸν κονιορτὸν ἰηοῦ κ. τ. λ.* In *Compl.* rectius fortasse *ὄχλον* legitur. Sed recepta lectio quoque defendi potest, si *κονιορτὸς* de *pulvere ab agmine excitato* explicetur.

*ΚΟΝΙΟΡΤΟ'Σ 'ΑΠΟ' ΤΡΟΧΟΥ', pulvis de rota.* אָבָק דַּק, *pulvis tenuis.* Ies. XXIX, 5.

*ΚΟ'ΝΙΣ,* idem. עָפָר, idem. *Symm.* Ps. XXI, 32. Idem Iob. XL, 8. *Hesych. κόνις, τέφρα, σποδός.*

*ΚΟ'ΝΤΟΣ, contus, hasta.* חֵץ, *sagitta.* 1 Sam. XVII, 7. - צִנָּה, *clypeus.* Ezech. XXXIX, 9. - רֹמַח, *lancea, hasta. Aqu.* Num. XXV, 7. *κόντον. Hesych. Κόντος, δόρυ.*

*ΚΟ'ΝΥΖΑ, conyza, herba quaedam, urtica.* סִרְפַּד, *paliurus.* Ies. LV, 13. - נַעֲצוּץ, *vepretum. Aqu. Theod.* Ies. LV, 13. *κονύζης,* ubi vid. *Montf. Hieronymus: Est autem κόνυζα herba vilissima et amara, odorisque pessimi. Hesych. κόνυζα, βοτάνη ἄφυλλος. τινὲς δὲ φυτόν τι εὔφυλλον ἱκανῶς, διὸ καὶ στιβάδας ἐξ αὐτοῦ ἐποίουν. ἔστι δὲ ὅτι ἐν ταῖς στέγαις ἐπέβαλον ἐξ αὐτῆς ἀντὶ αἰλέτων.* (*Salmasius Exerc. Plin.* p. 1275.

legit *σωλήνων*. *Sopingius* autem, et quidem rectius, legendum censet *καλάμων*.) *καὶ ἐπὶ τὰ σαρώματα* (*Salmasius* iterum corrigit, et interserit quaedam hoc modo: *ἐχρῶντο δὲ καὶ ἐπὶ τὰ σαρώματα*). Plura de illa vide apud *Dioscoridem* lib. III. c. 36.

*ΚΟΠΑ'ΖΩ*, *cesso*, *quiesco*, *desino*, *sedo*. הֵחֵל Hiph. a חָלַל, *incipio*. Hos. VIII, 10. *κοπάσουσι μικρὸν τοῦ χρίειν βασιλέα*, *cessabunt* paululum ungere regem. Legerunt יָחֵלוּ, a יָחַל. Inde in *Gloss. MS. in Proph.* *κοπάσουσιν*, *παύσονται*. – חָדַל, *cesso*. Iud. XX, 28. ubi est *desistere*, *desinere proelium committere*. Ruth. I, 18. Amos. VII, 5. *Theod.* Iob. III, 17. *Οἱ λοιποὶ* Ezech. II, 7. ubi *Vulg. quiescant*. – *חול, *doleo*. Hos. VIII, 10. Sc. חול, arab. حول, notat quoque *manere*, *morari* in l. arab. Vide *Schultensium* ad Proverb. XXVII, 7. Hinc huic voci apud *Symm.* l. c. *μένειν*, et apud *Theod.* *διαλείπειν* respondet. – *חָרַב, *exaresco*, *aresco*. LXX sec. cod. *Coton.* Gen. VIII, 13. *κεκόπακεν*, quod est sine dubio alius Interpretis. In ed. *Rom.* legitur *ἐξέλιπεν*. – יָעֵף, *fatigor*. 1 Sam. XIV, 31. *ἐκόπασεν ὁ λαὸς σφόδρα*. Sed *ἐκόπασεν* ibi est lectio vitiosa, ac reponendum *ἐκοπίασε*. – כָּלָה Pih. *desino*. 2 Sam. XIII, 39. *ἐκόπασε τὸ πνεῦμα τοῦ βασιλέως ἐξελθεῖν*, *desinebat* spiritus regis egredi. Ita *Bielius*: sed male, si quid video. כָּלָה ibi *sollicite expetere*, *desiderio teneri* notat, ut adeo hic quoque loco *ἐκόπασε* reponendum sit *ἐκοπίασε*. – אַל נָאַץ, *non sperno*. Ierem. XIV, 21. *κόπασον διὰ τὸ ὄνομά σου*, *cessa* propter nomen tuum. Post *κόπασον* sine dubio h. l. subintellegendum est *τὴν ὀργήν σου*. Conf. Amos. VII, 5. et Sir. XLVIII, 10. *Hesych.* *κόπασον*, *ἡσύχασον*. – *נָגַע, *tango*. 2 Sam. XXIII, 7. ubi pro *κοπάσει*, quod habet cod. *Alex.*, necessario reponendum est *κοπιάσει*. Idem valet ib. de v. 10. – נִכְלַם Niph. *erubesco*. Ezech. XLIII, 10. *κοπάσουσιν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν*, *cessabunt* a peccatis suis. Posuerunt consequens pro antecedente. – נֶעְצַר Niph. *cohibeor*. Num. XVI, 48. 50. Ps. CV, 30. *ἐκόπασεν ἡ θραῦσις*, *cessabat* plaga. – פּוּחַ ׃ הֵפִיחַ, Kal et Hiph. *afflo*. *Aqu.* Cant. II, 17. IV, 6. *κοπάσῃ*, *cesset*, *remittat*. Sermo ibi est de *die se inclinante ac vesperascente*. – קָלַל, *levor*. Gen. VIII, 8. *κεκόπακε τὸ ὕδωρ ἀπὸ τῆς γῆς*, *cessavit* aqua a terra. *Hesych.* *κεκόπακεν*, *ἐπαύσατο*. – שָׁכַךְ, *desideo*, *sedor*. Gen. VIII, 1. *ἐκόπασε τὸ ὕδωρ*, *cessabat* aqua. *Hesych.* *ἐκόπασεν*, *ἐπαύσατο*. Esth. II, 1. *ἐκόπασεν ὁ βασιλεὺς τοῦ θυμοῦ*, *cessabat rex ab ira*, s. *ira regis sedabatur*. Subintellegendum est *ἀπὸ*, quod additur Esth. VII, 10. Poterant etiam dicere: *ἐκόπασεν ὁ θυμός*. Dicitur *κοπάζειν* maxime de *vento*, *cum mollitur*, ut apud *Herodot.* VII, 19. ubi vid. *Wesseling.* et *Valcken.* – שָׁקַט, *quiesco*. Ios. XIV, 15. *ἡ γῆ ἐκόπασε ἀπὸ πολέμου*, terra a bello *qui-*

*evit.* - שָׁקַע, *submergor.* Num. XI, 2. *ἐκόπασε τὸ πῦρ*, ignis *consedit.* Num legerunt חָשְׁקָה? - שָׁתַק, *taceo.* Ion. I, 11. 12. *κοπάσει ἡ θάλασσα ἀφ' ἡμῶν*, mare *placabitur* a nobis. Sir. XXIII, 17. *οὐ μὴ κοπάσῃ*, i. q. v. 16. *οὐ μὴ παύσηται. Vulg. non fatigabitur transgrediens*, h. e. *fornicando.* Sir. XXXIX, 35. 37. *τὸν θυμὸν τοῦ ποιήσαντος αὐτοὺς κοπάσουσιν*, iram creatoris sui *cessabunt.* Conf. Sir. XLVIII, 10. Sir. XLIII, 28. *ἐν λογισμῷ αὐτοῦ ἐκόπασεν ἄβυσσον*, verbo suo *sedabat* abyssum.

*ΚΟΠΑΝΙ'ΖΩ*, *pistillo tundo.* Hinc part. praet. pass. *κεκοπανισμένος*, *tusus.* כָּתִית, verbale, *tusus*, *tusum.* 1 Reg. V, 11. *ἐλαίου κεκοπανισμένου*, olei *contusi.* Vide et 1 Sam. IV, 22. iuxta ed. *Rom.* ubi *ἀλεύρου κεκοπανισμένου* fit mentio. Legitur praeterea pro chald. דְּקַק, *comminuo.* Dan. VII, 7. sec. cod. *Chis. ἐσθίον καὶ κοπανίζον.*

*ΚΟΠΕΤΟ'Σ*, *planctus*, *quo pectus manu tunditur*, a *κόπτω.* בְּכִי וּנְהִי, *fletus et lamentum,* Ierem. IX, 10. - מִסְפֵּד, *planctus.* Gen. L, 10. *ἐκόψαντο αὐτὸν κοπετὸν μέγαν*, plangebant illum *planctu* magno. Vide et Zach. XII, 10. et confer 1 Macc. II, 70. IV, 39. IX, 20. Mich. I, 8. *ποιήσεται κοπετὸν ὡς δρακόντων*, edet *planctum* tanquam draconum. - מִסְפֵּד בְּכִי, *fletus et planctus.* Esth. IV, 3. - *פֶּגֶר, *cadaver.* Amos. VIII, 3. sec. *Complut.* Est versio alius interpretis, qui sensum secutus est. - קִינָה, *lamentum. Theod.* Ezech. XXVII, 32. *Hesych. κοπετὸς*, *κομμός*, *θρῆνος μετὰ ψόφου χειρῶν.* Conf. ad h. l. *Ovidii Metam.* II, 584. et IX, 636. ac *Geierum* de *luctu Hebr.* c. 14. §. 4.

**ΛΑΜΒΑ'ΝΩ 'ΕΠ' 'ΕΜΕ' ΚΟΠΕΤΟ'Ν*, *plango.* מִסְפֵּד, *planctus. Theodot.* Ezech. XXVII, 31. ubi verba *λήψονται ἐπὶ σὲ* de suo addidit.

*ΚΟΠΗ'*, *caedes*, *strages.* הַכּוֹת infin. Hiph. a נָכָה, *percutiendo.* Gen. XIV, 17. Conf. Iudith. XV, 7. et Hebr. VII, 1. ac *Lex. N. T.* s. h. v. - מַכָּה, *plaga.* Ios. X, 20. *κόπτοντες αὐτοὺς κοπὴν μεγάλην σφόδρα.* - נִגַּף part. Niph. *caesus.* Deut. XXVIII, 25. Legerunt נְגֵף. - כְּרִיתֻת, *repudium. Aqu.* Deut. XXIV, 1. Respexit etymologiam vocis a כָּרַת, *caedo*, et *κοπὴν* eodem sensu accepit, quo apud *Symmachum διακοπὴ* legitur, nempe de *rescissione coniugii* s. *divortio.*

*ΚΟΠΙΑ'Ω*, *laboro*, *fatigor.* אוּץ, *urgeo*, *insto.* Ierem. XVII, 16. *οὐκ ἐκοπίασα κατακολουθῶν ὀπίσω σου*, non *defatigatus* eum te sequi. אוּץ sequ. מ *retro festinare*, *recedere*, *recusare*, *se subtrahere* notat. Caeterum confer infra s. v. הוֹאִיל et גָּלָה. - גָּעָה, *mugio.* 1 Sam. VI, 12. *ἐκοπίων.* Videntur derivasse a יָגַע, quod hanc notionem habet. - הוֹאִיל Hiph. a יָאַל, *volo.* 1 Sam. XVII, 39. *ἐκοπίασε.* Sine dubio expresserunt lectionem וַיִּלֶא, ab לָאָה. Fortasse etiam magis seriei orationis rationem habuerunt, quam significationis ver-

bi: nam ἐκοπίασε περιπατῶν est: *difficulter incedebat. Vulg. coepit tentare, si armatus posset incedere.* – חָדַל, *desino.* Ps. XLVIII, 8. ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα, ubi tamen substituit ἐκόπασεν (ut *Theodotion* eandem vocem Iob. III, 17. reddidit) *Grabius Prolegg. in LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 1. et iam ante eum *Lucas Brugensis*, contra quos disputavit *Dathius* in notis ad *Vers. Syr. Psalm.* p. 113. *Semlerus* nimis audacter coniicit legendum ἐπαύσατο, ut *Aquila* et *Symmachus* habent. *Schwarzius* in Diss. de *mutatt.* etc. p. 35. omnem mutationem textus LXX Intt. minus rectam esse putat ob consensum *Vulg. Syr. Arab. et Aethiop.* cum lectione recepta ἐκοπίασεν, unde suspicio oritur, quosdam codices pro חָדַל habuisse עָמַל. – חָלָה, *aegroto.* Ies. XXXIII, 24. ubi κοπιᾷν notat *morbo laborare.* – *חָרַשׁ, *sileo, taceo. Theod.* Psalm. XXXI, 3. ubi tamen loco ἐκοπίασα legere mallem ἐκόπασα, sc. ἐμαυτὸν, *quoniam tacui.* Vide *Hexapla.* Similem coniecturam protulit *Semlerus*, qui ἐκοπίασα ex ἐκώφευσα, ἐκόπασα vel ἐσιώπησα ortum esse putavit. *Agellius* quoque in *Comment.* ad h. l. *Theodotionem* potius vertisse putat ἐκώφευσα, ut *Aquila* transtulit, hoc sensu: *assidue clamando obsurdui.* – יָגַע, *fatigatus sum.* Deut. XXV, 18. 2 Sam. XVII, 2. Ps. VI, 6. et alibi saepius. – יְגִיעַ, *labor.* Iob. XX, 18. – יָגֵעַ, *fatigatus.* Deut. XXV, 18. 2 Sam. XVII, 2. – יְגִיעַ, *labor.* Iob. XXXIX, 16. Ies. XLV, 14. – יָעֵף, *lassus, defessus fui.* Ierem. II, 24. *Inc.* 1 Sam. XIV, 28 et 31. – כָּשַׁל, *impingo.* Prov. IV, 12. Acceperunt sc. hebr. vocem in hac significatione, ut sit *prae lassitudine impingere.* Posuerunt itaque causam pro effectu. Vide s. v. ἀσθενέω. Idem valet de reliquis locis Ies. V, 27. XXXI, 3. LXIII, 13. – *לָאָה, *deficio, defatigatus sum. Theod.* Iob. IV, 2. ubi κοπιᾷν *moleste s. aegre ferre* notat. Vide s. v. μοχθέω. – נָגַע, *tango.* 2 Sam. XXIII, 7. ubi pro οὐ κοπιάσει ex ed. *Compl.* reponendum est: ὃς κοπιάσει. – נִכְשַׁל, *debilitor,* Niph. Deut. XXV, 18. – נִלְאָה Niph. Ies. XVI, 12. *Aqu.* Ies. I, 14. – *כָּלָה, *perfeci, compos factus sum. Symm.* Ies. XXXIII, 1. ὅταν κοπιάσῃ ἀθετῶν, *cum defessus fueris reprobando*, quod sensu minime differt ab hebr. *cum compleveris praevaricari*, aut *satis iniuria affeceris.* Libere itaque vertit: qui enim defessus est, finem imponit labori. *Vulg. cum fatigatus desieris contemnere.* Ex sententia *Michaelis* deduxit a לָאָה. – עָמַל, *laboro.* Psalm. CXXVI, 1. *Al.* Iud. V, 26. ubi in ed. *Rom.* perperam κοπιώντων loco κοπιώντων legitur. – עָמֵל, *laboriosus. Symm.* Prov. XVI, 26. – תִּלְאֶה fut. ex לָאָה, *aegre feres. Theod.* Iob. IV, 2. κοπιάσεις. Sap. VI, 14. οὐ κοπιάσει, sine multo labore s. facili negotio eam consequetur. Sap. IX, 10. κοπιάσῃ, mecum laboret, me adiuvet in negotiis meis. Potest quoque cum anteced. μοι coniungi.

***ΜΆΤΗΝ ΚΟΠΙΆΩ***, *frustra laboro.* Formula haec Ies. XXV, 5. apud LXX obvia non pertinere mihi videtur ad הוֹבִישׁ, Hiph. a בּוֹשׁ, *pudefacio*, ut *Bielius Trommium* secutus voluit, sed ad finem v. 4. ubi legitur חָכָם יְגִיעוּ, *Chanes attingent*, pro quo legerunt חִכָּם יִגְעוּ. Alioquin frustra laboranti pudefactio non male tribui potuisset.

***ΚΌΠΟΣ***, *labor*, *fatigatio*, *molestia*, it. *vanitas*. אָוֶן, *vanitas*. Iob. V, 6. Mich. II, 1. Hab. III, 6. Zach. X, 3. *ἐλάλησαν κόπους*, loquuntur *vana*. Apud *Hesychium κοπίζειν* est *ψεύδεσθαι*, *mentiri*. – אוֹן, *robur*. Hos. XII, 4. *ἐν τοῖς κόποις αὐτοῦ ἐνίσχυσε πρὸς τὸν θεὸν*, omnibus *viribus* suis contendere ausus est cum Deo. – *אַיִן, *nihil*, *non*. Mal. II, 13. מֵאֵין, *ex non*, seu: *ita ut non*, *ἐκ κόπων*. Legerunt מֵאָן, quod saepius ita vertere solent, hoc sensu: *gemitus*, *quem molestia et labor exprimit*. – גֹּוֵעַ part. *exspirans*, *moribundus*. Psalm. LXXXVII, 16. *ἐν κόποις*. Acceperunt vocem hebr. sensu metaphorico de eo, qui malis et calamitatibus quasi exanimatus est. Fortasse tamen legerunt וְיָגֵעַ, *et defatigatus*, *laborans*. – טֹרַח, *labor*. Deut. I, 12. – יָגוֹן, *molestia*. Ier. XLV, 3. – יְגִיעַ, *labor*, *molestia*. Gen. XXXI, 42. Neh. V, 13. Adde *Aqu. Symm. Theod.* Ps. CXXVII, 2. ubi *κόπος* ad imitationem hebr. יְגִיעָה notat *labore partum*. – עָמָל, *labor*. Iob. V, 7. Ps. IX, 29. XXIV, 19. CXXXIX, 10. Ier. XX, 18. et alibi saepius. Adde Ps. LXXII, 5. ubi *κόπος laborem operarium ac molestum* notat, *quo sibi pauperes victum quaeritant*. *Aqu. Symm.* Iob. XVI, 2. *κόπων παράκλητοι*, h. e. consolatores *molesti*, qui *Aquilae* ibidem *παράκλητοι πόνων* dicuntur. – *תֹּךְ, *fraus*. *Inc.* Ps. LIV, 12. ubi *κόπος* notat *molestiam*, *qua aliquem afficimus*, *oppressionem*, *violentiam*. – תֵּלֶא fut. ex לָאָה, *aegre feres*. Iob. IV, 2. *ἐν κόπῳ*. Legerunt sine dubio תְּלָאָה, et ב ellipticum pro more suppleverunt. His a *Bielio* additur: עוֹד, *amplius* (hic legisse videntur אָוֶן, quam vocem alias LXX per v. *πόνοι*, et *Symmachus* per *ἀδικία* reddunt Ierem. IV, 4.). *Al.* Mal. II, 13. *ἐν κλαυθμῷ καὶ στεναγμῷ ἐκ κόπων*, in fletu et suspiriis ex laboribus. Inde in *Gloss. MS. in Proph.* *ἐκ κόπων*, *ἐκ τῶν ἀδίκων*. Lege *ἀδικιῶν*. *Hesychius: ἐκ κόπων* (sic enim scribendum e dictis Gloss. pro *ἐκκόπων*), *ἐκ τῶν ἀδικιῶν*. Quae quam recte se habeant, apparet ex iis, quae supra sunt a me ad vocem אַיִן disputata. Sirac. XIV, 15. ubi *κόποι* significat *divitias*, *opes labore partas et acquisitas*, ut quoque *Syrus* interpretatus est. Sic יְגִיעַ quoque sumitur Psalm. CIX, 11.

***ΚΟΠΌΩ***, *fatigo*, *molestia afficio.* הֶלְאָה Hiph. a לָאָה, *molestiam facio.* *Symm.* Ies. VII, 13. *κοποῦν*, et Iob. XVI, 7. *ἐκόπωσε*. *Vulg. oppressit me.* – חָדַל; *desisto.* *Aqu.* 1 Sam. IX, 5. *κοπώσας*, *fatigans.* Legendum est *κοπάσας*, a *κοπάζειν*,

πάντας τοὺς λαοὺς, casus, quo *cadere faciet* Deus omnes populos. - קוּט Niph. a קוּט, *fastidio sum.* Ezech. VI, 9. κόψονται πρόσωπα αὐτῶν περὶ τῶν κακιῶν, ὧν ἐποίησαν, *percutient* facies suas (sc. in signum summi moeroris) propter mala, quae fecerunt. Ezech. XX, 43. κόψεσθε τὰ πρόσωπα ὑμῶν, *percutietis* facies vestras. Sic Graeci in signum acerbissimi doloris caput percutere solebant. *Homer. Il.* χ', v. 34. ᾤμωξεν δ' ὁ γέρων, κεφαλὴν δ' ὅγε κόψατο χερσίν. Vide et, quae ex *Plutarcho*, *Herodoto* ac *Cicerone* affert *Feithius Antiqu. Homer.* lib. III. c. 15. p. 287. et 290. Apud *Hesychium* ex posteriori *Ezech.* loco κόψεσθε male exponitur προσοχθιεῖτε, *aversabimini* vel *abominationi vobis erunt.* Quod vero hic ad Ezech. l. c. respiciatur, patet e *Gloss. MSS. in Ezech.* in quibus ita: κόψεσθαι, προσεχθῆηται. Corrupte nimirum pro κόψεσθε, προσεχθιεῖτε. - נָתוּק part. *avulsus, evulsus*, i. e. *cui testiculi evulsi sunt. Aqu.* Lev. XXII, 25. κεκομμένον, h. e. *excisum, exsectum, cui contriti aut exsecti sunt testiculi.* - סָפַד, *plango.* Gen. XXIII, 2. ἦλθε δὲ Ἀβραὰμ κόψασθαι Σάῤῥαν, pro ἐπὶ Σάῤῥαν, veniebat autem Abrahamus, ut *plangeret* super Saram. Vide et Gen. L, 10. 1 Sam. XXV, 1. 1 Reg. XIII, 30. Additur ἐπὶ 2 Sam. XI, 28. ἐκόψατο ἐπὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, *plangebat* super maritum suum. Conf. et Apoc. I, 7. Ies. XXXII, 12. ἐπὶ τῶν μαστῶν κόπτεσθε, in pectoribus *plangite.* Cohel. XII, 5. ἐκύκλωσαν ἐν ἀγορᾷ οἱ κοπτόμενοι, circumeunt in platea *plangentes.* Conf. Matth. XI, 16. 17. Zach. XII, 10. κόψονται ἐπ' αὐτῷ κοπετὸν, ὡς ἐπ' ἀγαπητῷ, plangent super illo planctum, tanquam super dilecto. - עָשָׂה, *facio.* Esth. V, 14. עָשָׂה, quia h. l. de *ligno* s. *cruce* adhibetur, per *aptare* reddendum est. - פִּצֵּץ Pihel a פָּצַץ, *dispergere facio*, item: *frango*, ita ut dissiliat. Ierem. XXIII, 29. - קָבַר, *sepelio.* 1 Reg. XIII, 31. - *קָלִי, *polenta. Aqu.* 1 Sam. XXV, 18. φρυκτῶν κεκομμένης κριθῆς. Esse hanc versionem ab ingenio *Aquilae* alienam, iam subodoratus est *Montfauconus*, qui in nota subiecta addit: Non sine quadam suspicione hanc *Aquilae* interpretationem admittimus. Scripsit *Aquila* tantum φρυκτῶν, *frixorum, tostorum,* respiciens propriam notionem verbi קָלָה, ar. قلي, *frixit, torrefecit.* Iam cum videret aliquis, hanc versionem nimis vagam esse, addidit maioris perspicuitatis causa κεκομμένης κριθῆς, *contusi hordei*, quanquam eodem iure addere potuisset κεκομμένου σίτου. - קָצַץ, *abscindo, concido. Aqu.* 2 Sam. IV, 11. κόπτουσι. - *רָחַק, *removeo. Symm.* Cohel. XII, 6. πρινὴ κοπῆναι ἀπὸ σχοινίου, ubi legit רָתַק, ut iam observavit *Dathius* ad h. l., ac κοπῆναι ex sententia *Desvoeux* ad h. l. notat *putrefieri, corrumpi*, in qua significatione usus est hac voce *Theophr. Hist. Plant.* lib. VIII. c. 10. 11. et alibi. Sap.

XVIII, 23. *ἔκοψε τὴν ὀργὴν*, *prascidebat* iram. Sir. X, 10. *μακρὸν ἀῤῥώστημα κόπτει ἰατρὸς*, diuturnum morbum *praecidit* medicus. Quomodo *Kuhnius* haec verba exponat, vide in *Quaest.* eius *Philol. Pentad.* I. p. 11. Significat quoque *κόπτειν* quandoque *vexare*, *molestia afficere*, v. c. 1 Macc. XII, 44. *ἱνατί ἔκοψας πάντα τὸν λαὸν τοῦτον*; *Vulgatus: ut quid vexasti universum populum* (nempe labore et molestia expeditionis susceptae), ut adeo non opus sit cum *Trendelenburgio* statuere, *Vulgatum* legisse *ἐκόπωσας*, *defatigasti.*

*ΚΟΠΙΩ'ΔΗΣ*, *laboriosus.* יָגֵעַ, idem. *Symm.* Cohel. I, 8.

*ΚΟ'ΠΩΣΙΣ*, *fatigatio*, *labor*, *molestia.* יְגִיעָה, idem. Cohel. XII, 12. *μελέτη πολλὴ κόπωσις σαρκὸς*, nimia meditatio corpus *fatigat.*

*ΚΟ'ΡΑΞ*, *corvus.* *חֹרֶב, *vastitas*, *aestus.* Soph. II, 14. Legerunt עֹרֵב cum *Vulgato*, per commutationem literarum gutturalium ח et ע. Causa, cur ita voluerint intellegere, est, quia aliarum inauspicatarum avium mentio praecessit. *Hieronymi* ad h. l. hallucinationem notavit *Cappellus* in *nott. critt.* ad h. l. p. 121. Aliter de h. l. statuit *I. E. Faber* in Diss. *de animalibus*, *quorum fit mentio* Zeph. II, 14. *(Goett.* 1769, 4.) p. 10. cui ordo verborum apud LXX perturbatus esse videtur, ita ut loco *χαμαιλέοντες* reponendum sit *κόρακες*, et loco *κόρακες χαμαιλέοντες*. – עֹרֵב, *corvus.* Gen. VIII, 7. Lev. XI, 15. Deut. XIV, 14. et alibi. Adde quoque *Samar.* Exod. VIII, 21. sec. *Schol.* ed. *Rom.* ubi in textu hebr. legitur עָרֹב, *mixtio*, et auctor huius versionis legit עֹרֵב cum Cholem.

*ΚΟΡΑ'ΣΙΟΝ*, *puella.* *בַּיִת, *domus*, *familia.* *Symm.* Prov. XXVII, 27. Sc. ad familiam etiam *κοράσια* et *θεράποντες* (qua voce LXX h. l. usi sunt) pertinent. – יַלְדָּה. Ioel. III, 3. Zach. VIII, 5. – נַעֲוַת part. Niph. foem. constr. *perversa.* *Theod.* LXX 1 Sam. XX, 30. *υἱὲ κορασίων αὐτομολούντων*, fili ancillarum fugitivarum. Legerunt נְעָרֹת מֹרְדוֹת, quam lectionem quoque secutus est *Iosephus A. I.* VI, 11, 9. – נַעַר, *puer.* Ruth. II, 21. Non legerunt הַנְּעָרוֹת, sed ita tanquam per correctionem reddiderunt, quod decentius et honestius esse existimarent, ut illa cum puellis potius, quam cum pueris iungeretur. – נַעֲרָה, *puella.* Ruth. II, 8. 22. 23. Esth. II, 3. et alibi aliquoties. Praeterea legitur 1 Sam. XX, 30. ubi *κορασίων* de suo addiderunt. Vide supra s. v. *αὐτομολέω.* Iudith. XVI, 4. *υἱοὶ κορασίων*, *homines imbelles ac delicati.*

*ΚΟΡΕ'ΝΝΥΜΙ* vel *ΚΟΡΕΝΝΥ'Ω*, *satio*, *saturo.* דָּשֵׁן, *saginor.* Deut. XXXI, 20. – שָׂבַע Kal et Hiph. *Symm.* Psalm. XXI, 26. *κορεσθήσονται.* *Inc.* Psalm. CII, 5. *κορεννύντα.* *Hesych.* *κορέσαι*, *διεργάσασθαι*, *πληρῶσαι*, *χορτάσαι.*

*ΚΟ'ΡΗ*, *pupilla*. אִישׁוֹן, *nigredo*, speciatim in oculis. Deut. XXXII, 10. *διεφύλαξεν αὐτὸν, ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ*, custodivit illum, tanquam pupillam oculi. Vide et Prov. VII, 3. - בָּבָה, *pupilla*. Zach. II, 8. - בַּת contr. pro בַּבַּת, quod est constr. ex בָּבָה. *Aqu. Symm. et LXX* Psalm. XVI, 9. Thren. II, 18. Reperitur praeterea Prov. XX, 10. ubi nihil est in textu hebraico. Sir. XVII, 16. *ὡς κόρην*, *ea cura et sollicitudine, qua homo conservat pupillam oculi*. 3 Macc. V, 47. Sir. III, 25. sec. *Compl. κόρας μὴ ἔχων ἀπορήσεις φωτὸς*, ubi *κόραι* sunt i. q. *ὀφθαλμοί*. Inde glossa *Hesychii: κόρας, ὀφθαλμούς*.

*ΚΟ'ΡΙΟΝ*, (alias *κορίανον* et *κορίαννον*) *coriandrum*, ita ex nonnullorum opinione dictum, *quod hebetet oculorum pupillas*. גַּד, *coriandrum*. Ex. XVI, 31. Num. XI, 7. Posteriori loco *Schol. κορίου* interpretatur *βδελλίου*. Confer *Iosephi A. I.* lib. III. c. 1. §. 3. p. 120. - מְחֻסְפָּס, *rotundum*. Exod. XVI, 14. ex mera coniectura, quod alibi coriandro manna comparari meminerant, ut putat *Michaelis Suppl.* P. III. p. 869. - *שִׁלְיָה, *secundina*. Deut. XXVIII, 57. ubi potius *χόριον* legendum est.

*ΚΟΡΜΟ'Σ*, *truncus*. גֵּזַע, *truncus succisus*. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. XI, 1. *κορμοῦ*. - יוֹנֶקֶת, *tener ramus*. *Aqu. Theod.* Iob. XIV, 7.

*ΚΟ'ΡΟΣ*, *corus*, *mensura aridorum*. חֹמֶר, *Chomer*, mensurae magnae species, quae alias כֹּר. Lev. XXVII, 16. Num. XI, 32. *Aqu. Symm.* Exod. VIII, 14. Ezech. XLV, 13. *Aqu.* Hos. III, 2. - כֹּר, *Corus*, mensurae magnae species. 1 Reg. IV, 22. V, 11. 2 Par. II, 10. et alibi. Apud *Hesychium κόρος* inter alia exponitur *μέτρον τι σιτικόν*. Conf. *Martinii Lex.* p. 515. et *Montf.* ad 1 Reg. V, 11.

*ΚΟ'ΡΟΣ*, *satietas*, *abundantia*, etiam *fastus* et *superbia*, *quae ex abundantia facile oriri solet*. Esth. XVI, 3. *τόν τε κόρον οὐ δυνάμενοι φέρειν*, satietatem s. *abundantiam* non valentes ferre. *Hesych. κόρος, πλησμονὴ, χορτασία, τρυφή*. 3 Macc. V, 47. ubi pro *κόραις ὀφθαλμῶν* reponendum necessario est *κόροις ὀφθαλμῶν*, *superbis s. impiis oculis*, ob antecedens *ἀτρώτῳ καρδίᾳ*. *Syrus* habet *oculis malis s. impiis*.

*ΚΟΡΥ'ΝΗ*, *clava*, *ensis*, *gladius*. חֲדָשָׁה (subintell. חֶרֶב), *novus gladius*. 2 Sam. XXI, 16. *περιεζωσμένος κορύνην*, accinctus gladio: ubi nonnulli statuunt *κορύνην* mendose positum esse pro *ζώνην*. *Suidas: κορύνη, ῥόπαλον, οἱ δὲ ξίφος, οἱ δὲ ξύλον ἐπικαμπές*. Nonnulli pro *κορύνην* 2 Sam. l. c. habent *παραζώνην*, *balteum*, quae est versio *Theodotionis* sec. *Hexapla*. Vnde in *Gloss. MSS. Lex. Cyrilli Bodlei.* additis: *κορύνην* (MS. vitiose *Σορύμην*), *παραζώνην*. Et sic etiam legendum pro *κορόμην*, *περιζώνην*, quod in Cod. *Fabric.* habetur.

*ΚΌΡΥΣ*, *galea.* Sap. V, 19. *περιθήσεται (ὡς) κόρυθα κρίσιν ἀνυπόκριτον*, circumponet tanquam galeam iudicium a personarum respectu alienum. *Hesych. Suidas* et *Lex. Cyrilli MS. Brem. κόρυθα, περικεφαλαίαν. Hom. Il. ν'*, 188.

*ΚΟΡΥΦΑΙ͂ΟΣ*, *coryphaeus*, *supremus*, *praecipuus.* קוֹעַ nomen propr. *Aqu.* Ezech. XXIII, 23. Pro hac versione afferri possit arab. تَقَوَّعَ coni. V. *conscendit arborem.* Sed *Vulg.* habet *principes* et vocem hebr. *Raschi dominatorem*, *Kimchi* autem שר גדול exposuit. Conf. *Suiceri Thes. Eccl.* T. II. p. 708.

*ΚΟΡΥΦΗ'*, *caput*, *vertex*, *cacumen*, *summum ac praestantissimum in quavis re.* מֶגֶד, *pretiosum.* Deut. XXXIII, 15. – מְצוּרָה, *propugnaculum.* *Theod.* 1 Sam. XXIV, 15. Non aliter legit, sed quia cacumina v. c. montium sunt *loca tutiora* (qua formula *Vulg.* h. l. usus est), sensum liberius expressit. *Symmachus* voce *ὀχύρωμα* usus est. Fortasse tamen reponi posset *καταφυγήν*. – קָדְקֹד, *vertex.* Deut. XXVIII, 35. *ἀπὸ ἴχνους τῶν ποδῶν σου ἕως τῆς κορυφῆς σου*, a planta pedum tuorum usque ad *verticem.* Vide et 2 Sam. XIV, 25. et *Symm.* Ps. LXVII, 21. – ראשׁ, *caput.* Exod. XIX, 20. ubi ed. *Compl.* habet *κεφαλὴν*, quod est alius Interpretis. Num. XX, 28. *ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους*, in *cacumine* montis. Vide et Num. XXIII, 9. Deut. XXXIII, 15. XXXIV, 1. Prov. I, 9. *στέφανον χαρίτων δέξῃ σῇ κορυφῇ*, coronam gratissimam accipies *capiti* tuo. *Aqu. Theod.* et LXX Ezech. VIII, 5. *ἀνέλαβέ με τοῦ κρασπέδου τῆς κορυφῆς μου*, apprehendit me in cincinno *capitis* mei. – *רוּם chald. *altitudo.* Dan. IV, 8. sec. cod. *Chis.* *Hesych.* *κορυφή, κεφαλή, λόφος, ἀκρωτήριον.* *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *κορυφή, κεφαλή, ἄκρον τοῦ ὄρους.*

*ΚΟΡΩ'ΝΗ*, *cornix.* עֲרָבִי, *Arabs.* Ier. III, 2. ubi legerunt עֹרֵב, *corvus.* Vide et *Ep. Ierem.* v. 45.

**ΚΟΣΚΗ'ΝΩΜΑ.* Sic legitur in Hexaplis sec. cod. *Basil.* Exod. XXXV, 12. ubi nihil in textu hebr. reperitur, ac videndus *Montf.* Sine dubio legendum *κοσκίνωμα.*

*ΚΟΣΚΙΝΙ'ΖΩ*, *cribro.* הֲנִיעַ Hiph. a נוּעַ, *moveo.* *Aqu. Symm.* Amos. IX, 9. *κοσκινιῶ.* Subst. *κοσκίνισις* laudat *Schaefer.* ad *Gregor. Cor.* p. 769.

*ΚΌΣΚΙΝΟΝ*, *cribrum.* כְּבָרָה, idem. *Aqu. Symm.* Amos. IX, 9. Sir. XXVII, 4.

*ΚΟΣΚΙ'ΝΩΜΑ*, *craticula.* מִכְבָּר, idem. *Reliqui* Exod. XXVII, 4. *κοσκίνωμα δικτυωτὸν*, *craticula in modum retis.* Vide s. v. *κοσκήνωμα.*

*ΚΟΣΜΈΩ*, *orno*, *instruo*, *ordino.* הֵיטִיב Hiph. a יָטַב, *benefacio.* 2 Reg. IX, 30. *ἐκόσμησε τὴν κεφαλὴν.* Eandem notionem habet quoque vox hebraica. – *הִשְׂכִּיל Hiph. a

שָׁכַב, *cubare facio.* *Symm.* Iob. XXXVIII, 37. *κοσμήσει.* Sed legendum *κοιμήσει.* *Hieronymus* e *Symmacho: quis dormire faciat?* – חוּר, *albus.* Esth. I, 6. *κεκοσμημένη.* Vox hebraica h. l. notat *genus lini candidi*, quam notionem fortasse ignorantes paulo liberius interpretati sunt. – *חָטַב, *incido.* *Symm.* Ps. CXLIII, 12. *κεκοσμημένα:* qui ita transtulit ex usu linguarum orientalium. Certe arab. خطب notat *variis coloribus praeditus fuit*, et Chald. חֲטַב est *figuris exornavit*, unde חֲטֻבוֹת Prov. VII, 16. sunt *tapetes.* Confer quoque sub *καλλωπίζομαι* et *περικοσμέω.* – יָעַד, *constituo.* Mich. VI, 10. *τίς κοσμήσει πόλιν;* h. e. quis *in ordinem rediget* urbem? Tunc non opus erit statuere, eos legisse יַעֲדָה ab עָדָה, quod interdum *ornare* significat. – *כָּהַן. *Symm.* Ies. LXI, 10. Scil. vox hebr. non solum *sacerdotem constituere* notat, sed etiam *vestitu sacerdotali amicire ac ornare.* Confer supra s. v. *ἱερατεύω.* – עָדָה, *orno.* Ier. IV, 30. Ezech. XVI, 11. 13. XXIII, 40. Adde *Aqu.* Ies. LXI, 10. – עָרָה, *denudo.* *Theodot.* Hab. III, 13. Legit per Daleth עֵדִית. – עָרַךְ, *ordino.* Ezech. XXIII, 41. *τράπεζα κεκοσμημένη*, mensa *bene instructa.* Conf. Sir. XXIX, 29. – *צִפָּה Pih. *obtego.* 2 Par. III, 6. *ἐκόσμησε τὸν οἶκον λίθοις τιμίοις.* – תִּקֵּן Pih. *ordino.* Cohel. VII, 14. Sir. XVI, 28. *ἐκόσμησεν εἰς αἰῶνα τὰ ἔργα αὐτοῦ*, *ornavit* vel *ordinavit* in aeternum opera sua. Nam utrumque locum habere potest, quia *ἔργα* h. l. *corpora coelestia* notat. Vide et Sir. XLII, 58. XLVII, 11. Sir. L, 16. *κοσμῆσαι προσφορὰν ὑψίστου*, ut *sisteret* oblationem altissimi. *Hesych.* *κοσμῆσαι, διατάξαι, στῆσαι, στεῖλαι.*

*ΚΟ'ΣΜΙΟΝ*, *ornatus.* שַׂהֲרֹנִים, *lunulae.* *Symm.* Iud. VIII, 26. *κοσμίων.* In marg. cod. 108. *Holm.* *κόσμων* legitur. Genus posuerunt pro specie, quae ipsis fortasse ignota fuit. – תִּקֵּן Pih. *ordino.* Cohel. XII, 9. *κόσμιον παραβολῶν*, h. e. *ornatus* et *elegantes* parabolas. Legisse videntur כֹּהֵן loco תִּקֵּן.

**ΚΟΣΜΟΠΛΗΘΗ'Σ.* 4 Macc. XV, 31. *ἐν τῷ κοσμοπληθεῖ κατακλυσμῷ*, in diluvio *totum mundum obruente.*

**ΚΟΣΜΟΠΟΙΙ'Α*, *mundi fabricatio s. creatio.* 4 Macc. XIV, 7.

*ΚΟ'ΣΜΟΣ*, *ornatus*, *ornamentum*, *mundus*, *supellex.* כְּלִי, *vas*, *instrumentum*, etiam *vestis.* Ies. LI, 10. *ὡς νύμφην κατεκόσμησέ με κόσμῳ*, tanquam sponsam me *ornatu*, h. e. *pulcherrime*, *exornavit.* – מַעֲדַנִּים plur. *deliciae.* Prov. XXIX, 17. ubi *κόσμον* metaphorice de *decore* accipiendum erit. Sermo enim est de animo. – עֲדִי, *ornatus.* Exod. XXXIII, 5. Ies. XLIX, 18. Ier. IV, 30. Ezech. VII, 20. – עֵדֶן, *voluptas.* 2 Sam. I, 24. Mihi admodum probabile est, LXX h. l. עִם

*ΛΙΜΟ'Σ, fames.* כָּפָן, *esuries. Inc.* et LXX Iob. XXX, 3. - מַדְהֵבָה, vulgo *pensio auri. Aqu.* Ies. XIV, 4. Vulgo statuunt, eum legisse מַרְעֵבָה. Sed longe probabilius est, eum respexisse ad דָּאַב, quasi מַדְהֵבָה idem sit quod מַרְאֵבָה. Nam דָּאַב LXX aliquando reddunt per πεινᾶν, *esurire*, unde מַדְאֵבָה foret *esuries, fames.* - בָּהַק, *rudo. Symm.* Iob. VI, 5. στένει λιμῷ. Sed vide infra in fine huius articuli. - צָמָא, *sitis.* Amos. VIII, 11. λιμὸν ἄρτου, famem panis. - *רָעָב, *fames, cibi penuria. Aqu.* et LXX Gen. XII, 10. XXVI, 1. Exod. XVI, 3. et alibi. - רָעֵב, *famelicus.* Iob. XVIII, 11. Ies. VIII, 21. - רַעְבוֹן. Psalm. XXXVI, 20. Praeterea legitur apud *Symm.* Iob. VI, 5. ubi λιμῷ (*prae fame*) voci στένει de suo addidit, nihil enim ei respondet in textu hebr. Idem valet de verbis ὑπὸ λιμοῦ μεγάλου apud LXX Iob. XXX, 4. quae sunt sensus causa addita.

**ΛΙΜΩ'͵ ΠΙΕ'ΖΟΜΑΙ, fame premor. Symm.* Thren. V, 6. pro לִשְׂבַּע לָחֶם, *ut saturaremur pane*, sc. tempore famis, λιμῷ πιεζόμενοι προσεδράμομεν. Sensum expressit.

*ΛΙΜΩ'ΔΗΣ, famelicus.* Ἠχέω λιμῶδες, *sono famelicum.* נָהַק, *clamo, rudo, rugio. Symm.* Iob. XXX, 7. Vide sub ἠχέω, et ad h. l. *Montfauconium.*

*ΛΙΜΩ'ΤΤΩ, fame laboro, esurio.* הָמָה, *strepo, fremo.* Ps. LVIII, 7. 16. λιμώξουσιν ὡς κύων. *Bochartus Hieroz.* P. II. l. II. c. 55. p. 665. ibi pro λιμώξουσιν legendum censet μαιμάξουσιν, cum verbum הָמָה, quo hic utitur Psaltes, commune nihil habeat cum iis verbis, quae *famem* vel *esuriem* significent. Sed in eo fallitur. Nam הָמָה, quod de *quolibet strepitu* dicitur, ad *canum* (famelicorum) *ululatum* h. l. transfertur, et vocem מְהוּמָה Deut. XXVIII, 20. LXX reddiderunt ἐκλιμίαν, *Symm.* ἀχορτασίαν, *Vulgatus esuriem.* Cum ergo falso plane fundamento nitatur correctio ista, et ipsa procul dubio falsa erit. Vide *Grabii Proleg. in LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 7. Fortasse rectius quis coniiceret, LXX οἰμώξουσι, *gement*, scripsisse, sed nec hac coniectura, cui similitudo literarum arridet, opus est. *Hesych.* λιμώττοντος, πάνυ πεινῶντος.

*ΛΙ'ΝΕΟΣ*, contr. λινοῦς, *lineus.* בַּד, *linum.* Lev. XVI, 4. χιτῶνα λινοῦν - περισκελὲς λινοῦν - ζώνῃ λινῇ - κίδαριν λινῆν. Vide et v. 23. 32. Hic per linea vestimenta non intelligenda linea stricte accepta, sed ex gossypio vel lana arborum facta, et alias *xylina* et *byssina* appellata. Vnde et *Chal-*

*daeus* hebr. בַּר per בּוּצָא, *byssum*, interpretatur, et LXX alias eandem vocem *βύσσινον* reddunt. Vide 1 Par. XV, 27. Conf. Apoc. XV, 6. ubi *λίνον καθαρὸν καὶ λαμπρὸν* procul dubio idem est, quod Apoc. XIX, 8. *βύσσινον καθαρὸν καὶ λαμπρόν.* Sic et *Philo lib. de somn.* p. 597. vestem, qua summus sacerdos intima sacraria penetravit, vocat *ἐσθῆτα λινῆν βύσσου τῆς καθαρωτάτης πεποιημένην.* Et alii auctores vestes xylinas lineas appellare, et per *linum* xylinum linum intellegere solent. Sic *Herodotus* lib. II. c. 37. de sacerdotibus Aegyptiorum, quos *Plinius* lib. XIX. c. 1. *vestes xylinas amasse* refert, ita: *ἐσθῆτα δὲ φορέουσι οἱ ἱερέες λινέην μούνην.* Et poetis sacerdotes illi passim dicuntur *linigeri.* Vide *Demsterum* ad *Rosini Antiqu. Rom.* p. 423. et *Spencerum* de *legibus hebr. rit.* lib. III. c. 5. sect. 2. p. 837. Conf. et *Oldermanni* Diss. de *Vestibus byssinis Pont. Max.* in *Expiat. festo* §. 4. et *Schlaegeri Comment.* de *numo Hadriani plumbeo* p. 147 sequ. Neque dubitat *Bielius*, quin *Diodorus Sic.* lib. V. p. 320. de sacerdotibus in Pauchaia insula Oceani circa Arabiam memorans, quod *στολὰς λινᾶς τῇ λευκότητι καὶ μαλακότητι διαφόρους* gestaverint, per illas pariter *xylinas* s. *byssinas* intellexerit. – בִּשְׁתָּה, *linum.* Lev. XIII, 48. 52. Deut. XXII, 11. Ier. XIII, 1.

*ΛΙΝΟΚΑΛΑ΄ΜΗ*, *stipula lini*, aut: *linum, a quo decussum semen.* פִּשְׁתֵּי עֵץ, *lina ligni.* Ios. II, 6. *ἔκρυψεν αὐτοὺς ἐν λινοκαλάμῃ*, abscondebat illos *inter lini culmos* aut *lini fasciculos*, *λίνου ἀγκαλίδας*, ut *Iosephus* expressit. Vide ad h. l. *Bonfrerium* et *Dathium. Gloss. in Octat.* *λινοκαλάμη, ξυλοκαλάμη.* Sic etiam *Lex. Cyrilli MS. Brem.* nisi quod pro *ξυλοκαλάμη* vitiose ibi legatur *ξυλοκανάβη.* In Nothis *Dioscoridis* *λινοκαλαμὶς* Romanis *linum agreste* et Afris *ζεραφοῖς* dicta perhibetur, pro quo *Bochartus Chan.* l. II. c. 15. pag. 834. legendum censet *ζηραφειστά*, i. e. זֶרַע פִּשְׁתָּה. *Braunius* autem de *Vest. Sacerd. Hebr.* lib. I. c. 6. §. 95. mavult *ζεραφιστά.* Vide quoque *Suidam* s. v. *ἀμοργίς.* *Schol. Aristoph.* ad *Lysistr.* v. 736. et *Eustath.* in *Dionys. Perieg.* v. 525.

*ΛΙ΄ΝΟΝ*, *linum.* פִּשְׁתָּה, idem. Exod. IX, 32. Prov. XXXI, 13. *Aqu. Theod.* Ies. XLII, 5. *Symm.* Ies. XIX, 9.

**ΛΙ΄ΝΟΣ ΚΑΛΑ΄ΜΗ*, *linum stipula.* Ios. II, 4. sec. cod. *Oxon.* *εἰς τὴν λίνον καλάμην*, pro quibus aut *λίνου καλάμην*, aut *λινοκαλάμην* reponendum erit. Irrepserunt autem haec verba huc e v. 6.

*ΛΙΠΑΙ΄ΝΩ*, *pingue facio, ungo.* דִּשֵּׁן Pih. idem. Ps. XXII, 6. *ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου*, *unxisti* oleo caput meum. *Hesych.* *ἐλίπανας, ἤλειψας, ἐφαίδρυνας, πλουσίαν ἐποίησας.* Adde *Inc.* Prov. XV, 30. – הֵנִיא Hiph. a נוא, *rumpo.* Ps. CXL, 5. Arab. نوي media kesrata significat *pinguem*

evadere. Conf. Golium pag. 2490. – שָׁמַן, pinguis fio vel factus sum. Aqu. Ps. CXVIII, 70. ἐλιπάνθη. – הִשְׁמִין ;שָׁמַן, Kal et Hiph. Deut. XXXII, 15. ἐλιπάνθη. Inde Gloss. MSS. in Cant. Script. ἐλιπάνθη, ἐπιάνθη, ἐλιπάρασεν. Legendum videtur ἐλιπάρωσεν. Nehem. IX, 25. – *שָׁמֵן, pingue facio. Symm. Theod. et Aqu. Ierem. V, 28. – שָׁמֵן, pinguis. Hab. I, 16. – שֶׁמֶן, pinguedo. Prov. V, 3. Vide et Sir. XXXV, 5. XXXVIII, 11.

*ΛΙΠΑΡΙ'Α, pinguedo. שֶׁמֶן, oleum. Aqu. Ies. XXVIII, 1. שְׁמָנִים, λιπαριῶν. Num fortasse legendum λιπαρῶν?

ΛΙΠΑΡΟ'Σ, pinguis, nitens, opimus. בָּשָׁן, Basan, nomen propr. Aqu. (vel potius Theodot. Vide Fischeri Clavem p. 62.) Psalm. XXII, 13. Sc. Basanitis regio trans Iordanem perhibetur pascuis laetis abundasse, pecus autem, quod pascuis laetis utitur, fere nitet opimumque est. Vnde etiam reliqui Intt. σιτιστὸς et πίων habent. Confer Funckii Symbolas p. 41. – *חֶלְבּוֹן nomen propr. Chelbon. Symm. Ez. XXVII, 18. Respexit etymologiam vocis a חָלַב, pinguis fuit. Conf. Simonis Lex. hebr. p. 552 sequ. – דָּשֵׁן, pinguis. Aqu. Symm. Ps. XXI, 32. λιπαροί. – מִשְׁמָן, pinguedo. Aqu. Ps. LXXVII, 35. ἐν λιπαροῖς. – שֶׁמֶן. Neh. IX, 35. Ies. XXX, 23. Aqu. sec. cod. Barb. Ies. XXVIII, 1. Legitur praeterea apud Inc. Ps. CXVII, 27. θύσατε θυσίας λιπαράς, teste Anonymo in Catena PP. GG. in Psalmos T. III. p. 363. ubi hebr. עֲבֹתִים, quod Aqu. ἐν πυκάσμασι reddidit, respondere videtur. Vide tamen, quae in contrariam partem disputavit Kreyssigius Symb. P. III. p. 5. – *שָׁמֵן, crassus, it. validus. Iud. III, 29. ubi fortem notat. Vulg. robustus.

ΛΙΠΑΡΩ'ΤΕΡΟΣ, pinguior. מִשְׁמָן, pinguedo. Symm. Ps. LXXVII, 35. τοὺς λιπαρωτέρους.

ΛΙΠΑΡΟ'ΤΗΣ, pinguedo. חֵלֶב, adeps. Symm. Psalm. LXXII, 2. Sed dubia lectio est in versione Symmachi. Nam si fides habenda est Origeni Opp. T. II. p. 763. ed. Paris., loco λιπαρότητος apud Symm. rescribendum erit λίπους.

ΛΙ'ΠΑΣΜΑ, pinguedo. מַשְׁמַנִּים plur. pinguia. Neh. VIII, 12. – שֶׁמֶן, oleum. Aqu. et LXX Ies. XXV, 6. Vide et 3 Esdr. IX, 52. Hippocr. de aliment. p. 381, 20. Schol. Aeschyl. ad Pers. v. 807.

*ΛΙΠΟΘΥΜΕ'Ω, deficio animo, i. q. λειποθυμέω. Symm. sec. cod. Mosqu. Gen. XLV, 26. pro חָיָה רוּחַ, revixit spiritu, ἐλιποθύμησεν. Sed ex mea sententia versio haec potius referenda est ad וַיָּפָג לִבּוֹ, et debilitatum est cor eius, v. 25.

*ΛΙ'ΠΟΣ, pinguedo, adeps, sebum. *דֶּשֶׁן, pinguedo. Symm. Iud. IX, 9. – חֵלֶב, adeps. Symm. Psalm. LXXII, 7. sec. Origenem T. II. Opp. p. 763. – שֶׁמֶן, oleum. Symm. Num. XI, 8. εἰς λίπος, quoad pinguedinem. Scharfenbergius

ad h. l. haec verba ad antecedens שׁלי retulisse videtur. *Montf.* autem ex cod. *Coislin.* observat, verba εἰς λῖνος ἐκ μέλιτος esse tantum glossema *Symmachi* interpretationi additum.

*ΛΙ'Σ*, *leo.* Videtur haec vox e linguis orientalibus, speciatim hebr. (לַיִשׁ), translata in graecam. לַיִשׁ, *leo. Aqu* Iob. IV, 11. XLI, 11. – שַׁחַל. *Theod.* Hos. V, 10. *Hesych.* λῖς διὰ τοῦ ι, ὁ λέων. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* λῖς, λέων. Conf. *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. III. c. 1. pag. 721. et *Gudium* ad *Phaedrum* p. 210 sequ.

*ΛΙ'ΣΣΟΜΑΙ*, *supplico, precor.* הֲתָלִים plur. *ludificationes.* Iob. XVII, 2. λίσσομαι κάμνων, *supplico defatigatus.* N. L. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* λίσσομαι, παρακαλῶ, ἱκετεύω.

*ΛΙΤΑΝΕΙ'Α*, *supplicatio.* 2 Macc. III, 20. X, 16. *Suidas:* λιτανεία, παράκλησις.

*ΛΙΤΑΝΕΥ'Ω*, *supplico.* חִלָּה Pih. quod cum פָּנִים constructum *supplicare* notat. *Symm.* 1 Sam. XIII, 2. *Aqu.* Ies. LVII, 10. *Aqu.* Hos. VIII, 10. λιτανεύσωσιν. 2 Macc. XIV, 15.

*ΛΙΤΟ'Σ*, *tenuis, vilis.* רֵק, *vanus.* Iud. XI, 3. ἄνδρες λιτοὶ, homines *viles. Hesych.* λιτοῖς, ψιλοῖς, εὐτελέσι. Idem: λιτὸς, ἁπλοῦς, εὐτελής. Confer quae ex Epigrammate affert *Suidas* v. λιτός.

*ΛΙΧΑΝΟ'Σ*, *index digitus, qui pollicem sequitur.* שֹׁעַל, *pugillus. Aqu.* Ies. XL, 12. λιχανῷ. *Hieronymus:* „In eo, „ubi nos vertimus, quis mensus est pugillo aquas? *Aquila* „transtulit, quis mensus est minimo digito aquas? Hoc „enim λιχανὸς (*Martianaeus* legit λιχὰς, quod est mensura „interstitii inter pollicem et indicem digitos.) sonat, ut „scilicet non tota manu, sed parvo digito, quem vulgus „*gustatorem* vocant, omnis aquarum vastitas ponderetur.“ De quo loco vide *Drusii anim.* lib. II. c. 62. *Suidas:* λιχανὸς, ὁ μετὰ τὸν ἀντίχειρα δάκτυλος. *Hesych.* λιχανὸς, ὁ παρὰ (s. μετὰ) τὸν μέγαν δάκτυλον τῆς χειρός. *Phavorinus:* λιχανὸς, ὁ δεύτερος δάκτυλος. Idem dictum illum esse dicit παρὰ τὸ λίαν χαίνειν ἀπὸ τοῦ πρώτου.

**ΛΙΧΝΕΙ'Α*, *gulositas, cum quis cupedias tantum appetit:* (nam λιχνεύματα sunt *cupediae*) interdum etiam *illae ipsae cupediae, quae avide devorare nonnulli cupiunt. Hesych.* λιχνεία, λιμβία, ἀπληστία. Idem: λίχνος, ὀψοφάγος, λιμβός. Idem tradit *Suidas*, qui docet, esse vocabulum de parasitis proprium. Occurrit 3 Macc. VI, 35. Iudaei decreverant festum celebrare, οὐ πότου χάριν καὶ λιχνείας, σωτηρίας δὲ τῆς διὰ θεὸν γινομένης αὐτοῖς. *Syrus* simpliciter per *edere* transtulit, sensu tamen eodem. *Hesychius:* λιχνεία, λιμβεία, ἀπληστία. Ita enim legendum est loco λιχνία κ. τ. λ.

*ΛΙ'Ψ*, *Africus, auster, meridies, ventus ab occasu meridionali spirans.* דָּרוֹם, *meridies.* Deut. XXXIII, 23.

*Symm.* sec. *Euseb. Onom.* s. v. *Δαρώμ.* Ezech. XX, 46. ubi vid. *Bonfrerius.* - מַעֲרָב, *occidens.* 2 Par. XXXII, 30. XXXIII, 14. Dan. VIII, 5. - נֶגֶב, *auster, meridies.* Gen. XIII, 14. XX, 1. XXIV, 62. et alibi. - קֶדֶם, *oriens.* Gen. XXVIII, 14. - תֵּימָן, *auster, plaga australis.* Ex. XXXVIII, 9. Num. III, 29. Ezech. XLVII, 20. *πρὸς νότον καὶ λίβα.* Inde *Gloss. MS. in Ezech. πρὸς λίβαν, πρὸς νότον.* Lege: *πρὸς λίβα, κ. ν.* Psalm. LXXVII, 30. *ἐπήγαγεν ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ λίβα*, adduxit potentia sua Africum. *Gloss. MS. in Psalm. λίβα, ἄνεμον τὸν δυτικὸν, ζέφυρον καλούμενον.* Sic etiam *Gloss. in Act. Apost. κατὰ λίβα, κατὰ ζέφυρον, κατὰ δύσιν.* Intellige oceasum *meridionalem.* Adde *Inc.* Hab. III, 3. - תֵּימָן נֶגֶב et iunctim. Ezech. XLVIII, 28. Plura de hoc vento vide apud *Salmasium Exerc. Plin.* p. 879. et alios, quos laudat *Alberti Obs. ad Act.* XXVII, 12. p. 274.

*ΛΟΒΟ'Σ, ima pars auris*, it. *extremum hepatis.* בָּדָל, *segmentum.* Amos. III, 12. *λοβὸν ὠτίου.* - יוֹתֶרֶת, *maximus loborum hepatis, in quem incidit vesica fellis.* Vide *Bocharti Hier.* P. I. lib. 2. c. 45. p. 501. Exod. XXIX, 13. Lev. III, 4. VIII, 24. - תְּנוּךְ, *extremum s. infimum auris.* Exod. XXIX, 20. Levit. VIII, 22. 23. *Suidas: λοβὸς, τὸ ἄκρον τοῦ ὠτίου καὶ τοῦ ἥπατος.*

*ΛΟ'ΓΓΗ.* Vox ex hebraeo לֹג, *sextarius*, formata. *Inc.* Lev. XIV, 12.

*ΛΟΓΕΓΟΝ*, alias *λόγιον, rationale, insigne ornamentum summi pontificis, oraculum, effatum divinum.* חֹשֶׁן, *pectorale* Pontificis, in quo *Vrim* et *Thummim.* Ex. XXVIII, 23. 24. 26. etc. XXXIX, 20. coll. Sirac. XLV, 10. ubi ornamentum illud Aaronis appellatur *λογεῖον κρίσεως. Suidas: λογεῖον, τὸ μαντεῖον, ὅπερ ἐφόρει ὁ ἱερεὺς, ἐν ᾧ ἦσαν ἐγκεκολλημένοι οἱ δώδεκα λίθοι.*

*ΛΟΓΙ'ΖΟΜΑΙ, ratiocinor, existimo, reputo, aestimo, cogito, considero, ineo consilium, imputo, supputo, numero, annumero*, it. *rationem exigo*, it. *adnumeror, adscribor alicuius partibus.* אָמַר, *dico.* Cohel. X, 3. *ἃ λογιεῖται, πάντα ἀφροσύνη ἐστὶν*, quae *cogitabit*, omnia stulta sunt. *Lex. Cyrilli MS. Brem. λογιεῖται, διαλογισθήσεται, ἐνθυμηθήσεται.* Sc. אָמַר simpliciter etiam sine addito בְּלֵב interdum *cogitare* notat. Eadem observatio valet quoque de voce דָּבַר apud *Symm.* 2 Sam. XIV, 13. qui protulit hic interpretationem receptae longe praeferendam. Non enim legimus, Davidem consilia sua contra Absolomum palam declarasse. - *גָּדַל Pyh. *magnificor. Symm.* 1 Sam. XXVI, 24. ubi *λογίζεσθαι* est *in magno haberi pretio, in numero esse.* - *הִשְׁבִּיחַ Hiph. *quiescere facio.* Psalm. CXVIII, 118. *ἐλογισάμην.* Ita quoque *Symm.* et *Aqu. ἐλογίσω.* Legerunt חָשַׁב. - *הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio.* Ies. XLIV, 19. Hic quoque legerunt חָשַׁב. -

זָמַם, *cogito*. *Symm.* Gen. XI, 6. *λογίσωνται*. - חָשַׁב, *cogito, mente agito*. Gen. XV, 6. *ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην*, *imputabatur* illi in iustitiam. Gen. XXXI, 15. *οὐχ ὡς ἀλλότριαι λελογίσμεθα αὐτῷ;* nonne ut peregrinae *habitae sumus* ab illo? Vide et Ps. XLIII, 24. Lev. XXV, 31. *πρὸς τὸν ἀγρὸν τῆς γῆς λογισθήσονται*, pro agro terrae *reputabuntur*. Lev. XXVII, 23. *λογιεῖται πρὸς αὐτὸν ὁ ἱερεὺς τὸ τέλος τῆς τιμῆς*, *supputabit* ad illum sacerdos summam pretii. Num. VIII, 27. *λογισθήσονται ὑμῖν τὰ ἀφαιρέματα ὑμῶν*, *imputabuntur* vobis oblationes vestrae. 1 Sam. I, 13. *ἐλογίσατο αὐτὴν Ἡλὶ εἰς μεθύουσαν*, *reputabat* illam Eli pro ebria. 1 Sam. XVIII, 25. *ἐλογίσατο ἐμβαλεῖν τὸν Δαβίδ*, *cogitabat* Davidem perdere. Vide et Nehem. VI, 2. 6. et conf. 1 Macc. VI, 19. Rom. X, 2. et ad h. l. *L. Bos* p. 162. 2 Sam. XIV, 13. *ἱνατί ἐλογίσω τοῦτο ἀπὸ λαοῦ τοῦ θεοῦ;* quare *cogitasti* hoc de populo Dei? 1 Reg. X, 21. *οὐκ ἦν λογιζόμενον ἐν ταῖς ἡμέραις Σολομῶντος*, non *aestimabatur* (sc. argentum) in diebus Salomonis. Vide et 2 Par. IX, 20. Ies. XIII, 17. 2 Reg. XII, 15. *οὐκ ἐλογίζοντο τοὺς ἄνδρας, οἷς ἐδίδουν τὸ ἀργύριον*, non *rationem exigebant* a viris, quibus dabant argentum. Iob. XLI, 24. *ἐλογίσατο ἄβυσσον εἰς περίπατον*, abyssum pro ambulacro *habebat*. Ps. XXXIV, 5. *οἱ λογιζόμενοί μοι κακὰ*, qui mala adversus me *cogitant* vel *moliuntur*. Ps. LI, 2. *ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου:* ubi *Theodoretus*: *ἐλογίσατο ἀντὶ τοῦ ἐφθέγξατο τέθεικεν*. *Suidas* ad h. l. ex *Theodoreto*: *ἐλογίσατο, ἐλάλησεν, ἐφθέγξατο*. Ierem. XXVI, 5. cessabo a malis, *ὧν ἐγὼ λογίζομαι τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς*, quae ego *molior* facere illis. Nah. I, 11. *λογιζόμενος* (Sic enim bene legendum putat *L. Bos Proleg.* in LXX Intt. pro *λογισμός*.) *κατὰ τοῦ κυρίου πονηρὰ*, *cogitans* mala adversus Dominum. Vide et Ps. XL, 8. Neh. VI, 2. Hos. VII, 15. et conf. 1 Cor. XIII, 5. Ierem. XI, 19. *ἐπ' ἐμὲ ἐλογίσαντο λογισμὸν*, adversus me *inierunt consilium*. Vide et Ierem. XVIII, 18. XXIX, 11. Ezech. XXXVIII, 10. Dan. XI, 25. Ies. LIII, 3. *ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη*, contemtus erat, et non *aestimabatur*. - חֲשַׁב Chald. Dan. IV, 42. - מָנָה, *supputo*, *numero*. 2 Par. V, 5. *οἳ οὐ λογισθήσονται ἀπὸ τοῦ πλήθους*, qui non *numerari* poterunt prae multitudine. *Theophr. Char.* c. 14. *λογισάμενος ταῖς ψήφοις καὶ κεφάλαιον ποιήσας*, calculis *numerans*, et summam subducens. *Schol. Luciani* T. I. p. 20. *λογίζεσθαι* interpretatur *ἀριθμεῖν, μετρεῖν*. Conf. *Alberti* ad Hebr. XI, 19. p. 434. Ies. LIII, 12. *ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη*, sceleratis *annumeratus est*. - נָטַל, *levo*, *tollo*. Ies. XL, 15. - סָפַק, *complodo*. Iob. XXXIV, 37. *ἀνομία δὲ ἐφ' ἡμῖν λογισθήσεται*, iniquitas autem nobis *imputabitur*. - פְּלִילִי, *iudex*. Iob. XXXI, 28. *τοῦτό μοι ἄρα ἀνομία* (pro *ὡς ἀνομία*) *ἡ μεγίστη λογισθείη*, hoc mihi sane tanquam scelus maximum *imputetur*. Sap. V, 4. *τὸν βίον αὐτοῦ*

ἐλογισάμεθα μανίαν, pro εἰς μανίαν, vitam eius *habuimus* pro insania. Vide et Sap. XV, 12. 15. Sap. VIII, 18. ταῦτα λογισάμενος ἐν ἐμαυτῷ, hoc apud me ipsum *considerans*. Sap. XV, 2. non peccabimus εἰδότες, ὅτι σοὶ λελογίσμεθα, memores, *nos esse tuos*, *tuum peculium*, *populum tibi devotum*, i. q. antea dicebatur σοί ἐσμέν. Sirac. VII, 16. λογίζεσθαι, *se immiscere*. Iudith. VIII, 14. ubi λογισμὸς est *ratiocinatio*, i. q. διαλογισμός. 1 Macc. III, 53. σὺ οἶδας, ἃ λογίζονται ἐφ' ἡμᾶς, tu nosti, quae adversus nos *cogitant*, vel: quae *consilia* adversus nos *ineunt*. *Hesych.* λογίζομαι, ἐνθυμοῦμαι, φημίζω. Lege ψηφίζω.

*ΛΟΊΓΙΟΝ*, *eloquium*, *verbum*, etiam *oraculum*, *rationale*, i. q. λογεῖον. אֹמֶר, *dictum*. Num. XXIV, 4. ἀκούων λόγια Θεοῦ, audiens *eloquia* Dei. Ps. XVIII, 15. τὰ λόγια τοῦ στόματός μου, *verba* oris mei. Ps. CVI, 11. – אִמְרָה. Psalm. XI, 7. τὰ λόγια κυρίου λόγια ἁγνὰ, *promissa* Iovae *promissa* pura s. sancta sunt. Vide et Ps. XVII, 33. CXVIII, 147. 167. 161. et conf. Rom. III, 2. 1 Petr. IV, 11. – דָּבָר. Ps. CXVIII, 168. CXLVII, 8. Ies. XXXVIII, 13. – חֵשֶׁב, *cingula*. Exod. XXIX, 5. – חֹשֶׁן, *pectorale*. Exod. XXVIII, 15. ποιήσεις λόγιον τῶν κρίσεων, facies *pectorale* iudicii. Confer notata ad κρίσις. Lev. VIII, 8. ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ λόγιον τὴν δήλωσιν, imponebat *oraculo* declarationem, h. e. lapides claros, lucidos. In edit. *Rom.* et cod. *Alex.* legitur λογεῖον. Variat enim saepe scriptura, ut apud *Ioseph. A. I.* lib. III. c. 7. §. 5. (ubi de voce ἐσσὴν, qua hebr. חֹשֶׁן eloquitur, ita: σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν λόγιον), ubi vid. not. *Bernardi* et *Relandi* p. 150. ed. *Hav.* Conf. et Sir. XLV, 12. *Suidae* locum supra notatum in λογεῖον, ac *Spencerum* de *leg. Hebr. ritual.* lib. III. Diss. VII. c. 1. sect. 1. p. 922. – מַשָּׂאָה, *onus*. Ies. XXX, 27. τὸ λόγιον τῶν χειλέων αὐτοῦ, *oraculum* labiorum eius. – קָדוֹשׁ, *sanctus*. Ies. XXX, 11. ἀφέλετε ἀφ' ἡμῶν τὸ λόγιον τοῦ ἰσραὴλ, auferte a nobis *oraculum* Israelis. Bene sensum expresserunt, nam קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל dicitur h. l. Deus, quatenus per prophetas oracula edebat. Conf. v. 12. Admodum igitur a vero aberravit *Grabius*, qui ἅγιον substituit. Potest etiam λόγιον de *ipso oraculo* et *responso divino* explicari. *Glossae:* λόγιον, ὁ χρησμὸς, *oraculum*. *Hesych.* λόγια, θέσφατα, μαντεύματα, φυτεύματα (lege προφητεύματα cum *Polmerio* et *Suicero Thes. Eccl.* T. II. p. 248.), φῆμαι, χρησμοί. *Philo* de *vit. Mos.* lib. III. p. 455. ἡ μὲν κιβωτὸς ἀγγεῖον τῶν νόμων ἐστὶν, εἰς γὰρ ταύτην κατατίθεται τὰ χρησθέντα λόγια. Sic et passim alii auctores graeci oracula et vaticinia Deorum vocant. Vide *Lex. N. T.* s. h. v.

*ΛΟΓΙΣΜΌΣ*, *ratiocinium*, *cogitatio*, *consilium*, *ars*, *sermocinatio*, *verbum*. *דָּבָר, *verbum*. *Symm.* 2 Sam. XIV, 13. Vide supra s. v. λογίζομαι. – חֹשֵׁב, *ratiocinator*, *ar-*

*tifex.* Nah. I, 11. ubi tamen pro λογισμὸς legendum nonnullis videtur λογιζόμενος. Vide in v. λογίζομαι. Non bene dici potest λογισμὸς πονηρά. *Vulg. cogitans malitiam.* – חֶשְׁבּוֹן, *cogitatio intenta, inventum multa cogitatione excogitatum.* Cohel. IX, 10. οὐκ ἔστι ποίημα, καὶ λογισμὸς, καὶ γνῶσις, non est opus, neque *ars*, neque scientia. Vide et Cohel. VII, 28. *Al.* Cohel. VII, 26. – חִשְּׁבֹנוֹת plur. *inventum.* Cohel. VII, 30. – מַחֲשָׁבָה, *cogitatio*, item: *excogitatum.* Prov. VI, 18. καρδία τεκταινομένη λογισμοὺς κακοὺς, cor, quod machinatur *consilia* prava. Ierem. XI, 19. ἐπ᾽ ἐμὲ ἐλογίσαντο λογισμὸν, adversus me inierunt *consilium.* Vide et Ierem. XVIII, 11. 18. XXIX, 11. XLIX, 11. Ezech. XXXVIII, 10. Mich. IV, 12. οὐκ ἔγνωσαν τὸν λογισμὸν τοῦ κυρίου, non cognoscunt *cogitationem* Domini. *Aqu. Theod.* Ierem. XXIX, 11. *Theod.* Prov. XV, 22. ubi λογισμοὶ sunt *decreta.* – *רוּחַ, *spiritus, animus. Inc.* Iob. XVII, 1. ubi tamen *Semlerus* in *Ep. Crit.* p. 56. statuit λογισμοῖς esse ex *Olympiodoro.* – *תְּבוּאָה, *proventus. Inc.* Prov. XV, 6. N. L. Sap. I, 3. IX, 14. XI, 16. et conf. Rom. II, 15. Sir. XXVII, 4. discernuntur ἐν λογισμῷ, *sana ratione*, quae h. l. cum cribro concutiente comparatur. Sir. XXVII, 7. πρὸ λογισμοῦ μὴ ἐπαινέσῃς ἄνδρα, ante *sermocinationem* non laudes hominem. Sir. XLIII, 25. ἐν λογισμῷ αὐτοῦ ἐκόπασεν ἄνεμον, *voluntate sua efficaci s. imperio* sedabat abyssum, coll. v. 6. ἐν λόγοις, et v. 15. ἐν προστάγματι, v. 16. ἐν θελήματι. 4 Macc. I, 1. εὐσεβὴς λογισμὸς, pia *cogitandi ratio.* Ib. II, 19. λογισμῷ, *rationi convenienter.*

*ΛΟΓΙΣΤΗ'Σ, artifex*, pr. *ratiocinator, computator, excogitator.* חֹשֵׁב. 2 Par. XXVI, 15. ubi versio in *Polyglott. Angl.* interpretatur *excogitans.*

*ΛΟΓΟΠΟΙΙ'Α, sermocinatio.* שִׂיחַ, *eloquium. Symm.* Psalm. CI, 1. ubi λογοποιΐα *preces* notat. LXX δέησις habent.

*ΛΌΓΟΣ, sermo, verbum, praeceptum, mandatum, prophetia, ratio, res, historia, liber* etc. אָלָה, *execratio.* 2 Par. XXXIV, 24. ubi λόγοι *comminationes* notat. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. – *אִלֵּם, *mutus.* Prov. XXXI, 8. λόγῳ θεοῦ. N. L. Vide tamen ad h. l. *Iaegerum.* – אֹמֶר. Gen. IV, 22. Prov. IV, 10. 20. V, 7. et alibi. – אִמְרָה. Iud. V, 29. Ps. CXVIII, 41. Prov. XXX, 5. et alibi. – אַפַּיִם dual. ex אַף, *nares.* Prov. XXX, 33. *Iaegerus* ad h. l. λόγους in χόλους mutandum esse censuit, qua voce *Theodotion* usus est c. XXVI, 10. Sed mihi hac coniectura non opus esse videtur, dummodo λόγους intellegas de *sermonibus iracundis et contumeliosis*, ut effectus positus sit pro causa efficiente. – דָּבָר. Exod. XVIII, 19. ἀνοίσεις τοὺς λόγους αὐτῶν πρὸς τὸν θεὸν, deferes eorum *res* s. *causas* ad Deum. Vide et Exod. XIX, 8. 2 Sam. III, 13. 2 Sam. XI, 18. ἀπήγγειλε τῷ Δαβὶδ πάντας τοὺς λόγους τοῦ πολέμου, annunciabat Davidi omnes *res* bello gestas. Vide et

v. 19. 2 Sam. XVIII, 13. *πᾶς ὁ λόγος οὐ λήσεται ἀπὸ τοῦ βασιλέως*, nulla *res* latebit regem. Vide et 2 Par. XII, 12. Neh. XIII, 17. Sic et Graeci profani *λόγον* pro *re* accipere solent. Vide *Aeschyl.* in *Pers.* v. 513. et ad h. l. *Thom. Stanlei.* ac *Lex. N. T.* s. h. v. Exod. XXXIV, 28. *τοὺς δέκα λόγους*, decem *praecepta*. Vide et Deut. X, 4. Iud. XVIII, 7. *λόγος οὐκ ἦν αὐτοῖς μετὰ Συρίας*, nullum *commercium* illis erat cum Syria. Iud. XVIII, 28. *λόγος οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετὰ ἀνθρώπου*, *rem* non habent cum homine. 1 Reg. XIII, 32. *ἐν λόγῳ κυρίου*, ex *mandato* divino. Conf. 1 Thess. V, 15. 1 Reg. XVI, 5. *ἐν βιβλίῳ λόγων τῶν ἡμερῶν τῶν βασιλέων Ἰσραὴλ*, in libro *historiarum* dierum (h. e. in libro *annalium*) regum Israelis. Ita et alibi passim. 1 Par. XXIX, 29. *οἱ δὲ λοιποὶ λόγοι – γεγραμμένοι εἰσὶν ἐν λόγοις Σαμουὴλ, καὶ ἐπὶ λόγων Νάθαν*, reliquae autem *res* – scriptae sunt in *historiis* Samuelis, et in *historiis* Nathanis prophetae. *Herodot.* I. c. 184. *ἐν τοῖσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι μνήμην ποιήσομαι*, et lib. V. c. 36. *ἐν τῷ προτέρῳ τῶν λόγων*, libro primo *historiarum*. Vide et 2 Macc. XV, 37. Inde *λόγιος* iuxta *Hesychium* est *ὁ τῆς ἱστορίας ἔμπειρος*. *Suidas: λογοποιὸς, ὁ ὑφ' ἡμῶν ἱστορικὸς λεγόμενος. Ἰσοκράτης καὶ Ἡρόδοτος.* Vide *Lex. N. T. s. h. v.* Psalm. XXXII, 6. *τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν*, *voluntate Dei efficacissima* coeli firmati sunt. Ps. CVI, 20. *ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ ἰάσατο αὐτοὺς*, *iubet*, et convalescunt. Neh. V, 8. *οὐχ εὕροσαν λόγον*, non inveniebant verbum sive *quicquam*, quod responderent. Adde *Symm.* Iud. XVIII, 7. ubi verba *καὶ λόγος οὐκ ἦν αὐτοῖς Montf.*, nulla seriei orationis ratione habita, transtulit: *et sermo non erat eis*, quasi *ἄλογοι* fuissent et linguae usu destituti. Post *αὐτοῖς* omissa sunt verba *μετὰ ἀνθρώπου*, h. e. nullum eis erat *commercium* cum aliis populis. *Hebr. Int.* Iob. XIX, 28. ubi *λόγος* notat *res iniquas*, *calumnias*, *criminationes*, quibus volebant Iobum lacessere. – דָּבַר: דִּבֶּר, Kal et Pih. 2 Sam. XX, 18. Neh. VI, 12. Ps. L, 5. – דַּבֵּר, nomen verbale. Ier. V, 13. Hos. I, 2. – דֶּבֶר, *pestilentia*. Ps. XC, 3. Legerunt מִדַּבֵּר. Hab. III, 4. Adde *Aqu.* et *Quint. Edit.* Hos. XIII, 14. ubi vid. *Montf.* ac *λόγοι* per *comminationes* reddendum est. Alias enim haec verba nullum sensum haberent. – דִּבְרָה, *causa*, *ratio*. Cohel. VIII, 2. – דַּבְּרוֹת plur. Deut. XXXIII, 3. – הֲמֻלָּה, *strepitus*. Ezech. I, 24. *φωνὴ τοῦ λόγου*. Legerunt fortasse הַמִּלָּה. – זִיק, *scintilla*. Prov. XXVI, 18. *προβάλλουσι λόγους*. Sine dubio legendum est *τὰς λόγχας*, quemadmodum paulo post *τῇ λόγχῃ* loco *τῷ λόγῳ*. Vide ad h. l. *Iaegerum*. – טוֹבָה foem. ex טוֹב, *bona*, *bonitas*. Nehem. VI, 19. Videtur *λόγος* h. l. notionem *laudis* habere, hoc sensu: *merita eius apud me praedicabant*. – טַעְמָא chald. *ratio*, *Rechnung*. Dan. VI, 2. *τοῦ ἀποδιδόναι αὐτοῖς λόγον*, ut illis *rationem* redderent. Conf. Luc. XVI, 2. Matth. XII, 36.

Graeci alias *λόγον διδόναι* eodem sensu dicunt. Confer *Lex. N. T. s. h. v.* - יָד, *manus.* Prov. I, 24. *ἐξέτεινον λόγους.* Loco signi rem ipsam fere exhibuerunt, et *λόγους* maluerunt quam *χεῖρας*, velut aptius verbis *ὑπηκούσατε, προσείχετε.* Nam formula hebr. נְטוֹת יָד sumta est ab actione oratorum, verba facientium in concione, coll. Act. XXVI, 1. Est autem *ἐκτείνειν λόγους prolixas orationes habere, diu tenere oratores.* Vide ad h. l. *Iaegerum*, et *Intt.* ad *Thom. Mag.* p. 614. - *יִרְאָה, *timor.* Prov. I, 29. *τὸν λόγον κυρίου.* Ita quoque *Cyprianus* et *Lucifer Calaritanus.* Libere verterunt: nam verbum Dei tradit praecepta Deum recte colendi. In *Ald.* et *Compl.*, etiam in *Cod. Veneto* est *φόβον*, quam lectionem expressit *Arabs* ac confirmat scholion, quod *τὴν δὲ εὐσέβειαν* habet. Vide infra s. *λόγον ἔχω*, ac in fine huius articuli. - כָּבוֹד, *honor.* Prov. XXV, 28. Ita *Bielius.* Sed ibi non tam *λόγος*, quam *λόγοι ἔνδοξοι* hebr. כָּבוֹד respondet, quod ob antecedens חֵקֶר ita reddiderunt. Non opus itaque erit statuere, eos loco כְּבוֹדִים legisse דְּבָרִים, aut דִּבְרֵי. - כָּלָה, *consummatio.* Ies. X, 23. Loco כָּלָה legisse videntur מִלָּה, aut sensum secuti sunt. Fortasse quoque non tam *λόγος* h. l. hebr. כָּלָה respondet, sed tota formula *λόγος συντετμημένος.* Vide sequentia. - כִּלָּיוֹן, idem. Ies. X, 22. ubi etiam non tam *λόγος*, sed formula *λόγον συντέμνων* voci hebr. respondere videtur. - *כִּלְיוֹת, *renes.* Prov. XXIII, 16. Vide *Simonis* Lex. hebr. s. h. v. Plerique tamen ibi ad כִּלְיוֹת graecum *χείλη* referre solent. - *כֻּלָּם, *omnes ipsi.* Mich. I, 2. ubi ex sono permutasse כֻּלָּם cum voce קוֹלִים proclivis esset opinio, cum apud Chaldaeos certe plur. קָלִין in usu sit. Sed verius videtur hoc, ut eos arab. كلام, *sermo*, respexisse statuamus. - מַאֲמַר. Esth. IX, 32. *λόγῳ ἔστησεν εἰς τὸν αἰῶνα, mandato* fecit, ut staret in aeternum. - מוֹכִיחַ part. Hiph. a יָכַח, *reprehensor, coarguens.* Prov. XXV, 12. *Iaegero* ad h. l. scripsisse videtur *ψόγος* vel *ἔλεγχος.* Sed plane non video, cur non statuere malimus, *λόγον* h. l. *vituperii* ac *reprehensionis* notionem adiunctam habere, quam etiam vernaculum *Wort* habere solet. - מַיִם dual. *aqua.* Prov. XVII, 14. *ἐξουσίαν δίδωσι λόγοις.* Fallor, inquit ad h. l. *Iaegerus*, an Int. animo obversabatur clepsydra in Graecorum iudiciis, et in פֹּטֵר מַיִם *ἐφύδωρ* ille et apparitor, quo laxante aquam dicendi copia fiebat? an pro מַיִם legebat מִלִּים? Hanc vocem intellegunt in eodem verbo Ps. XXII, 8. *Doederleinio* ad h. l. legisse videbantur מֵימַר. - מִלָּה. 2 Sam. XXIII, 2. Iob. XV, 3. XIX, 2. et alibi aliquoties. Adde Ps. CXXXIX, 4. ubi vid. *Rosenmüllerus. Symm.* Iob. XXXII, 11. *Theod.* Ezech. I, 24. - *מִלְּתָא chald. Dan. II, 5. sec. *Chis.* - *מִצְוָה, *praeceptum.* Ind. II, 17. *τῶν λόγων.* *Semlerus* in *App. ad V. T.* p. 501. mavult legere *ἐντολῶν*,

nulla prorsus necessitate cogente: nam *λόγοι* eandem notionem habet, ut omnibus notum est. - נְבוּאָה, *prophetia.* 2 Sam. IX, 29. *ἐπὶ τῶν λόγων Ἀχιὰ τοῦ Σηλωνίτου*, in *prophetiis* Achiae Selonitae. Ita etiam Luc. III, 4. *ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου.* - סֵפֶר, *liber*, etiam *illud ipsum, quod in libro scriptum est.* Ierem. XX, 24. *ἀνέγνω Σοφονίας τοὺς λόγους τούτους*, legerat Sophonias has *prophetias.* - *עֲבוּר, *propter. Theod.* 2 Sam. XII, 25. *ἐν λόγῳ, secundum mandatum* et *iussum* Dei ei per Nathanem significatum, aut etiam ob *promissionem* divinam. Non opus itaque est statuere cum *Cappello*, eos בִּדְבַר legisse. - פֶּה, *os*, ac per metonymiam *id, quod ore profertur, sermo.* 1 Sam. XV, 24. 1 Par. XII, 23. Adde *Symm.* Psalm. XLVIII, 14. - פִּתְגָמָא chald. emph. *verbum.* Dan. IV, 14. - קוֹל, *vox.* Ierem. XXXVIII, 20. - *רַבִּים, *multi.* Dan. XII, 3. sec. cod. *Chis.* *τοὺς λόγους μου*: ubi pro הָרַבִּים legerunt דְּבָרַי, quam lectionem probat *Michaelis* p. 40. - רוּחַ, *spiritus, halitus*, etiam *sermo.* Ies. XXXII, 2. *Symm.* Cohel. VII, 10. *διὰ λόγων.* - שֵׁבֶט, *virga, baculus.* Ies. XI, 4. Recte. Nam *baculus oris* de *acri reprehensione* h. l. metaphorice intellegendus est. Simplicem itaque sensum expresserunt pro metaphorico. - שׁוּחָה, *fovea.* Ierem. XVIII, 22. Sine dubio h. l. *λόγον* de *sermonibus ac quaestionibus captiosis* intellexerunt. - שְׂחֹק, *risus.* Thren. III, 14. ubi *λόγος*, apud pro *γέλως* habet ed. *Ald.*, latino *fabula* respondet, ac est alius interpretis. - שִׂיחַ, *querela.* Iob. VII, 13. Sc. שׂוּחַ etiam *loqui, eloqui* notat. Adde *Theod.* Amos. IV, 13. - שְׂפָתַיִם dual. *labia*, etiam *id, quod labiis* vel *ore profertur.* Prov. XVI, 21. - תְּבוּנָה, *intellegentia.* Prov. V, 1. ubi *λόγοι* sunt *praecepta sapientiae ac prudentiae.* - תּוֹרָה, *lex.* Prov. IV, 2. VII, 3. Adde *Symm.* Ps. CXVIII, 55. 3 Esdr. I, 47. *λόγοι*, *comminationes*, coll. Hebr. IV, 12. Baruch. II, 1. *ἔστησε τὸν λόγον αὐτοῦ*, ratas fecit *minas*, coll. v. 24. Iudith. II, 1. *ἐγένετο λόγος*, *mentio* facta est. *Addit.* Esther. X, 5. *λόγος*, *res vel minima.* Inscriptio libri Tobiae *βίβλος λόγων Τωβίου*, ubi *λόγοι res, facta* significat, ut *Ilgenius* in *praef. ad vers. theotiscam libri Tobiae* p. 41. multis docuit. Tob. V, 20. *λόγον ἔχειν, timere, anxium esse*, coll. VI, 15. et X, 16. Sap. II, 2. ubi pro *ὁ λόγος* cum *Petro Nannio* et *Budaeo* in *Pandect.* legere mallem *ὀλίγος.* Sap. VII, 16. *λόγοι* denotant *sapientum s. scite dicta, ἀποφθέγματα, λόγοι φρονήσεως*, ut appellantur in prol. Sirac. sec. ed. *Complut.* Adde Sirac. XVIII, 29. Sap. XVI, 12. *ὁ σὸς, κύριε, λόγος, tuum mandatum* s. *tua voluntas efficacissima.* Sap. XVIII, 15. *λόγος θεοῦ, angelus* Dei, qui ibi describitur tanquam *angelus perditor* et exseqnebatur mandata divina. Confer 1 Par. XXI, 15. 16. et *I. M. Faber* Sect. I. *super libro Sapientiae* p. 7 sequ. Sirac. VII, 35. ubi *λόγος* i. q. *ἔργον.* *Vulg. in omni-*

*bus operibus tuis.* Ita quoque *Syrus.* Sirac. XII, 12. τοὺς λόγους μου, *veritatem praeceptorum* et *monitorum* meorum. Sirac. XIII, 15. ὁ μὴ συντηρῶν λόγους, qui *promissiones* non servat, sed fidem datam fallit. Sic legitur ibid. v. 14. Sir. XVII, 5. λόγος, *lingua* s. *facultas loquendi.* Sirac. XVIII, 15. ubi post λόγου nonnulli addunt πονηροῦ, quod etiam *Vulgatus* habet. Sirac. XVIII, 16. λόγος simpliciter positum notat *sermonem benevolum*, nam opponitur λόγῳ πονηρῷ. Sic quoque v. 17. Simili ratione nostrates quoque voce *Wort* quandoque uti solent. Sirac. XIX, 10. 11. 12. λόγος, *secretum, arcanum*, coll. Prov. XI, 13. ubi etiam דָּבָר cum סוֹד permutatur. Sir. XXIII, 17. λόγος ἁμαρτίας: ubi λόγος abundat, quemadmodum 2 Macc. III, 6. πρὸς τὸν τῶν θυσιῶν λόγον positum est pro πρὸς τὰς θυσίας. Sic quoque Matth. IV, 32. coll. XIX, 9. et דָּבָר Ierem. XXXII, 35. XLIV, 4. Sir. XXXVII, 20. λόγος, *prudens meditatio, sapiens deliberatio*, i. q. βουλή. Profertur ibi sententia in *aureo carmine* ita expressa: λόγισαι πρὸ ἔργου. Non tamen repugnarem, si quis ob v. 15. de *precibus* h. l. cogitaret. Tob. XII, 6. τοὺς λόγους θεοῦ, *opera* s. *illustria facta* Dei. 1 Macc. II, 52. κατὰ τὸν λόγον, iuxta *mandatum.* Vide et v. 54. 55. Sir. XLIII, 6. 12. 1 Macc. X, 40. οἱ λόγοι τοῦ βασιλέως, h. e. *pecunia, quae in rationes refertur.* A Syro per *aerarium* s. *gazophylacium regis* redditur. Conf. ibid. 42. 44. 45. Vide ad h. l. notas *I. D. Michaelis.* 2 Macc. I, 14. εἰς φερνῆς λόγον, dotis *nomine.* 2 Macc. II, 31. ποιεῖσθαι λόγον, *narrationem* contexere, s. *historica narratione persequi.* Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* 2 Macc. IV, 36. παρὰ λόγον, *iniuste.* 3 Macc. III, 14. κατὰ λόγον, *ex animi sententia*, *ex voto*, h. e. feliciter. Confer *Schweighaeuseri Lex. Polyb.* pag. 369. 4 Macc. V, 14. λόγον αἰτεῖν, *dicendi facultatem* orare.

*ΛΟΓΟΝ ΈΠΩ, *verbum dico.* דִּבֶּר דָּבָר, *verbum dictum.* Prov. XXV, 11. εἰπεῖν λόγον. *Iaegerus* ad h. l. putat, interpretem dedisse εὔλογον, *quod sit rationi consentaneum*, vel λόγον καίριον, cap. XV, 23.

*ΠΛΗΘΎΝΩ ΛΌΓΟΥΣ, multiplico verba.* הַרְבֵּה דְבָרִים, idem. Cohel. X, 14. Conf. Sir. XXII, 12.

*ΛΟΓΟΝ ΈΧΩ, rationem habeo, pertimesco.* דָּאַג, *sollicitus sum.* Ier. XXXVIII, 19. ἐγὼ λόγον ἔχω τῶν ἰουδαίων, - μὴ δῶσιν με εἰς χεῖρας αὐτῶν, ego *timeo*, ne Iudaei - me in manus illorum tradant. Ierem. XLII, 16. ὁ λιμὸς, οὗ ὑμεῖς λόγον ἔχετε ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, fames, quam *pertimescitis* a facie eius.

*ΛΟΓΟΝ ΠΟΙΈΩ* et *ΠΟΙΈΟΜΑΙ, rationem habeo*, et ex adiuncto *timeo.* יִרְאָה, *timor.* Iob. XXXII, 4. λόγον σου ποιούμενος ἐλέγξεις. - פָּקַח עֵינַיִם, *aperio oculos.* Iob. XIV, 3. οὐχὶ τούτου λόγον ἐποιήσω; nonne huius *rationem habuisti?* -

Vide alibi s. *ἀναλέγω*, *εἰρηνικὸς*, *νήχομαι*, *σκοτεινὸς*, *στροφὴ*, *συντελέω*, et *φοβερός*.

*ΛΟΓΧΗ*, *hasta*, *lancea*. חֶרֶב, *gladius*. Iob. XLI, 18. - לַהַב חֲנִית, *lamina hastae*. 1 Sam. XVII, 7. - מְחִי, *ballista*, *machina bellica*. Ezech. XXVI, 9. ubi *λόγχας* reddiderunt, quod illis ad hostem percutiendum utimur, a מָחָא, *ferire*, ut מְחִי sit formatum a מָחָה, quod est pro מָחָא permutatione literarum אהוי. - פֶּתַח, *ianua*. *Aqu.* Mich. V, 5. *ἐν λόγχαις*. In mente habuit פְּתִיחָה, quod in plurali de *gladiis strictis* adhibetur. - פְּתִיחוֹת plur. *strictiones gladii*, *gladii stricti*. *Aqu.* Psalm. LIV, 22. - רַבִּים plur. *iaculatores* ex רַב. Iob. XVI, 13. - רֹמַח, *lancea*, *hasta*. Neh. IV, 13. 16. Ezech. XXXIX, 9. *Hesych.* *λόγχη*, *λῆξις*, *μερὶς*, *καὶ ὁ τοῦ δόρατος σίδηρος*.

*ΛΟΙΔΟΡΕΩ*, *convicior*, *litigo*, *discepto*. קָלַל Pih. *vilem habeo*, *exsecror*, *maledico*. *Symm.* 1 Sam. XVII, 43. Iob. III, 1. *ἐλοιδόρει*. Idem Cohel. VII, 22. X, 20. *λοιδοροῦντος*. - רָבַב, *iaculor*. Gen. XLIX, 23. *ἐλοιδόρουν*. Iaculati sunt, s. iaculis suis impetiverunt, quum sannis et dicteriis eum ad se venientem a longe prospectantes vocarunt somniatorem, seu magistrum somniorum. Non opus itaque est statuere, eos רֹבּוּ derivasse a רִיב, *litigare*, et יְרִיבֻהוּ legisse. - רוּב, *litigo*. Exod. XVII, 2. *ἐλοιδορεῖτο ὁ λαὸς πρὸς Μωϋσῆν*, *disceptabat* populus cum Mose. Vide et Num. XX, 3. Exod. XVII, 2. *τί λοιδορεῖσθέ μοι*; quid adversus me *litigatis*? Ex. XXI, 18. *ἐὰν δὲ λοιδορῶνται δύο ἄνδρες*, si autem inter se *litigent* duo viri. Deut. XXXIII, 8. *ἐλοιδόρησαν αὐτὸν*, *disceptarunt* cum illo. Conf. *Keuchenium* in Ioh. IX, 28. pag. 165. 2 Macc. XII, 14. *τοῖς περὶ τὸν Ἰούδαν λοιδοροῦντες*, Iudam *convicantes*.

*ΛΟΙΔΟΡΗΣΙΣ*, *convicium*, *disceptatio*. מְרִיבָה, *lis*. Exod. XVII, 7. Confer s. v. *λοιδορέω*.

*ΛΟΙΔΟΡΙΑ*, *maledicentia*, *iurgium*. דִּבָּה, *infamia*. Prov. X, 19. - מְרִיבָה, *lis*. *Inc.* et LXX sec. *Oxon.* et multos *Holm.* Num. XX, 13. coll. v. 24. - רִיב, *litigium*. Exod. XVII, 7. Prov. XX, 3. Scilicet iurgia et litigia fere cum conviciis coniuncta esse solent. Vide et Sir. XXII, 27.

*ΛΟΙΔΟΡΟΣ*, *maledicus*, *contentiosus*. מָדוֹן, *contentio*. Prov. XXVI, 21. *ἀνὴρ λοίδορος*, vir contentiosus. Vide et Prov. XXV, 25. XXVII, 15. Sir. XXIII, 7.

**ΛΟΙΔΟΡΟΩ*, i. q. *λοιδορέω*, *convicior*. רוּב, *litigo*. Num. XX, 3. *ἐλοιδοροῦτο* sec. *Ald.* ubi reliqui libri habent *ἐλοιδορεῖτο*.

*ΛΟΙΜΕΥΟΜΑΙ*, *corrumpo*, *noceo*, a *λοιμὸς*, *pestis*. הִצִּיל Hiph. a נָצַל, *libero*, *eripio me*, *evado*. Prov. XIX, 19. *ἐὰν δὲ λοιμεύηται*, si autem *noceat*. Versio haec *Iaegero* iudice non aliunde fluxit, quam quod literis alio ordine sese

consequentibus, ה et ח linearum similitudine confusis, interpres legeret הליץ. *Hesych.* λοιμεύηται, φθοροποιῇ. *Suidas:* λοιμεύεται, φθοροποιεῖ, βλάπτει.

ΛΟΙΜΟ'Σ, substant. *pestis.* *ברד, *grando.* *Symm.* Ps. LXXVIII, 84. Legit ordine literarum immutato לדבר, quam lectionem refert quoque cod. *Kennic.* 201. – דבר, *pestis.* Ierem. XXVII, 6. XXVIII, 8. XXXII, 24. *Hesych.* λοιμὸς, πάθος τι ἀερῶδες φθοροποιὸν ζώων, ἐκ τῶν τῆς γῆς φασὶν ἀναθυμιάσεων, καὶ τῆς τοῦ ἀέρος ἀταξίας γινόμενον. Idem: λοιμὸς, φθορὰ, νόσος.

ΛΟΙΜΟ'Σ, adiect. *pestilens, perniciosus, pestifer, impius, sceleratus, improbus, irrisor.* בליעל, *belial, nequam.* 1 Sam. I, 16. μὴ δῷς τὴν δούλην σου εἰς θυγατέρα λοιμὴν, noli me putare pro muliere *pessima.* Vide et 1 Sam. X, 27. XXV, 17. XXX, 22. ἀνὴρ λοιμὸς καὶ πονηρός. – דבר, *pestilentia. Aqu.* Hab. III, 4. – לץ, *derisor.* Ps. I, 1. ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν, in sella *scelestorum. Hesych.* λοιμῶν, φθοροποιῶν, ἢ ἁμαρτωλῶν τῶν τοῦ κόσμου ἐμπαικτῶν. *Suidas:* λοιμοὶ, οἱ μὴ μόνον σφᾶς αὐτοὺς λυμαινόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις τῆς λύμης μεταδιδόντες. Vide et Prov. XXII, 10. XXIX, 8. ubi *Schol.* ἄνομοι. Prov. XXIV, 9. pro λοιμῷ est λοιμὸς legendum, ita ut praecedens ἀνδρὶ sit pro ἀνδράσι positum. Videtur mihi etiam λοιμὸς h. l. substantivum esse ob parallelismum sententiarum. Adde *Symm.* Prov. XX, 1. λοιμὸς οἶνος, *pestilens* vinum. – לצץ, idem. Hos. VII, 5. – *עלז, *laetus, exultans.* Ies. V, 14. λοιμοί. Legerunt ex nonnullorum sententia לצץ, aut לצים, sed mihi potius עול legisse videntur, quod *iniustum* notat. Vitringa coniicit, legendum esse λοιποί. – עריץ, *tyrannus.* Ierem. XV, 21. λυτρώσομαί σε ἐκ χειρὸς λοιμῶν, liberabo te ex manu *perniciosorum.* Vide et Ezech. XXVIII, 7. XXX, 11. XXXI, 12. – פריץ, *effractor.* Ezech. XVIII, 10. ἐὰν γεννήσῃ υἱὸν λοιμὸν ἐκχέοντα αἷμα, si generaverit filium *sceleratum* effundentem sanguinem. *Aquila* ibi habet ἁμαρτωλὸν, *Symmachus* παραβάτην. Dan. XI, 14. *Theod.* Ezech. VII, 22. – *פרץ, *perruptio, irruptio.* Amos. IV, 2. Legisse videntur פריץ. – רק, *vanus.* 2 Par. XIII, 7. ἄνδρες λοιμοὶ, viri *scelesti. Al.* Ind. IX, 4. ubi *Doederleinius* rescribendum esse censebat λιμοὺς, *famelicos.* (Λιμὸς antem et λοιμὸς saepe confunduntur, ut Prov. XIX, 25. *Thucyd.* II, 54. et *Eurip. Electr.* v. 571.) Immo, si emendatione opus est, λιτοὺς, *tenues,* h. e. *inopes.* Vide ad h. l. *Scharfenbergium.* Conf. 1 Macc. X, 61. XV, 3. 21. – רשע, *improbus.* Ez. VII, 21. *Suidas:* λοιμοὶ, οἱ μὴ μόνον σφᾶς αὐτοὺς λυμαινόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις τῆς λύμης μεταδιδόντες. Conf. *Bibl. Brem.* Cl. I. p. 234 sequ.

ΛΟΙΜΟ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *pestilens fio.* ליץ, *derideo, illudo. Symm.* Prov. IX, 12. λοιμὸς γένῃ.

*ΛΟΙΜΟ'ΤΗΣ, *pestis*, *omne quod est perniciosum.* Vox haec, quae nec in *Bielii* nec in *Stephani* Thesauris reperitur, extat in *Additam. Esther.* XVI, 5. τῇ τῶν ἀναξίως δυναστευόντων λοιμότητι. *Vulgatus: eorum, qui male dominantur, peste.*

ΛΟΙΠΟ'Σ, *reliquus.* אַחֲרוֹן, *posterior.* Ies. IX, 1. N. L. - חָבֵר, *socius*, h. l. *reliquus.* Dan. VII, 20. - טַף, *parvulus.* Ierem. XLI, 16. Vide supra s. v. καταλοιπος. - יוֹתֵר. 1 Sam. XV, 15. - יֶתֶר. Ios. XIII, 27. 1 Reg. XI, 41. XIV, 30. et alibi saepius. - מֻנָּח, *derelictum*, i. e. *locus vacuus*, *area*. *Al.* Ezech. XLI, 9. λοιπά. - נוֹתָר part. Niph. a יָתַר. Exod. XXVIII, 10. XXIX, 34. Lev. II, 3. - *פֵּאָה, *angulus.* Lev. XXIII, 22. τὸ λοιπόν. Sensum expresserunt. - שְׁאָר. 1 Par. XI, 8. περιεποίησε τὸ λοιπὸν τῆς πόλεως, sc. μέρος, reliquam civitatis partem in vita servabat. Vide et Nehem. XI, 20. et conf. *L. Bos Ellips. Gr.* p. 110. *Al.* Ies. XVII, 3. τὸ λοιπὸν τῶν Σύρων, sc. μέρος. - שְׁאֵרִית. Ies. XLIV, 17. τὸ δὲ λοιπὸν (sc. μέρος) ἐποίησε εἰς θεὸν γλυπτόν, *ex reliqua autem parte* fecit Deum sculptum. 2 Macc. XI, 9. εἰς τὸ λοιπόν, *in posterum.* Vide quoque alibi ὄχλος et τυραννίς.

ΛΟΥΤΗ'Ρ, *labrum*, *pelvis*, *vas ad lavandum.* יָם, *mare.* 2 Par. IV, 3. Sermo ibi est de lacu fuso in templo Salomoneo, qui genus labri erat, coll. v. 5. - כִּיּוֹר, *labrum rotundum.* Exod. XXX, 18. 28. Levit. VIII, 11. et alibi. Adde *Aquil.* et LXX sec. *Alex.* et *Compl.* 1 Sam. II, 14. ubi *Montf.* retulit ad דּוּד, quod LXX λέβητα transtulerunt, sed mihi potius pertinere videtur ad כִּיּוֹר.

ΛΟΥΤΡΟ'Ν, *lavacrum.* רַחְצָה, idem. Cant. IV, 2. VI, 5. - רָחַץ, *lotio.* *Aqu.* Ps. LIX, 10. CVII, 9. Cf. Sir. XXXIV, 27. Ephes. V, 26. Tit. III, 5. et *Aelian. V. H.* XII. c. 1.

ΛΟΥΤΡΩ'Ν, *balneum*, *locus lavandi.* מַחֲרָאוֹת pro מְחֹרוֹת, plur. *latrinae.* *Inc.* et LXX 2 Reg. X, 27. *Massorethae* in margine ponunt מוֹצָאוֹת, *excrementorum receptacula.* *Cappello* in *Crit. S.* p. 628. *ed. rec.* legisse videntur לְמַרְחֲצוֹת, quia רָחַץ est *lavare*, et מַרְחָץ *lavacrum*, *balneum*, vel forte λουτρών est *latrina*, indeque orta vox latina *latrina.* Sed contra monuit ad h. l. *Scharfenbergius*, veram lectionem esse λυτρῶνας, ut legitur in Cod. *Alex.* *Suidas:* λυτρών, ὁ ἀφεδρών. *Hesych.* λύτρα, καθάρματα. Verum autem vidisse mihi videtur *Fischerus* in Diss. *de vitiis Lexicor. N. T.* p. 699. ubi docuit, dissidere inter se libros veteres in scriptura huius nominis, sed ita, ut utraque habeat, quo sese tueatur. Locus enim, in quem excrementa alvei egeruntur et confluunt, commode dici potest λουτρών a λουτρίῳ, h. e. auctore *Hesychio*, τῷ ῥυπαρῷ ὕδατι. *Gloss. in lib. IV. Reg.* ἐπάταξαν (lege ἔταξαν) αὐτὸν εἰς λούτρωμα (scrib. λουτρῶνα aut λυτρῶνα), εἰς ἀφεδρῶνα.

*ΛΟΥ'Ω*, *lavo.* הִשְׂחָה Hiph. *natare facio.* Ps. VI, 6. ex usu vocis in l. Syriaca. *Symm.* Ies. XXV, 11. – רָחַץ, *lavo.* 2 Sam. XII, 20. *ἐλούσατο*, lavabat se. Vide et Exod. II, 5. 2 Sam. XI, 2. Cant. V, 13. *περιστεραὶ λελουμέναι ἐν γάλακτι*, columbae lacte lotae, i. e. candidissimae. Ezech. XV, 9. *ἔλουσά σε ἐν ὕδατι*, lavi te aqua.

*ΛΟΦΙ'Α*, *cervix*, *dorsum*, seu: *eminentia dorsi*, it. *summitas*, *prominentia*, *sinus.* לָשׁוֹן, *lingua.* Ios. XV, 2. 5. XVIII, 19. Sc. לָשׁוֹן metaphorice tribuitur *mari*, ad *sinum* eius denotandum, ad imitationem arab. لسان, ut lat. *lingua telluris* dicitur pro *promontorio*, observante *Gatakero* in *Cinno* lib. II. c. 7.

*ΛΟ'ΦΟΣ*, *tumulus*, *collis.* תֶּלֶם, *sulcus*, *porca.* *Quint. Ed.* Ps. LXIV, 11. Vide quoque infra s. *λόχος.*

*ΛΟΧΑΓΟ'Σ*, *cohortis praefectus*, *dux manipuli*, *manipularius.* שָׂרֵי־גְדוּדִים, *principes agminum.* *Symm.* 2 Sam. IV, 2. *λοχαγοί.* Conf. *Spanhem. ad Iulian.* p. 256. sequ.

*ΛΟΧΑ'Ω*, *insidior*, *insidias colloco*, *insidiis peto.* Sap. XIV, 24. *λοχῶν ἀναιρεῖ*, *insidians* occidit. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *λοχῶντες*, *ἐνεδρεύοντες*, *κρυπτόμενοι.*

*ΛΟΧΕΥ'ΟΜΑΙ*, *gravida sum*, *parturio.* עָלוֹת plur. *matres in grege lactentes.* *Symm.* et LXX Ps. LXXVII, 72. *ἐξόπισθεν τῶν λοχευομένων ἔλαβεν αὐτὸν*, euntem post lactentes accepit illum. *Hesych.* *λοχευομένων*, *γεννωμένοιν*, *ἢ γεννώντων.* *Al.* Gen. XXXIII, 13. *τὰ πρόβατα καὶ αἱ βόες λοχεύονται*, oves et vaccae *pariunt.* *Suidas:* *λοχεύονται*, *γεννῶσι.* *Hesych.* *λοχεύει*, *τίκτει*, *γεννᾷ.* *Aqu.* 1 Sam. VI, 7. *λοχευομένας*, ubi vide reliquos Intt.

*ΛΟ'ΧΟΣ*, *cohors*, *agmen*, *turma*, *manipulus*, it. *insidiae.* גְּדוּד, *turma.* *Al.* Gen. XLIX, 19. *λόχος.* *Symm.* 1 Sam. XXX, 8. Apud *Eusebium Onom. urbium* voce *Gedud* perperam *λόφον* legitur. Certe *Hieronymus* transtulit *latronum cuneum.* *Symm.* 2 Sam. III, 22. Idem Iob. XIX, 12. – *חָכָה, *expecto.* *Ed. Quint.* Hos. VI, 9. *ὡς λόχος*, pro כְּחַכֵּי, *iuxta expectare*, s. *sicut expectant.* Nisi auctor huius versionis voci hebr. notionem nobis ignotam tribuit, quam sequens vox חֶבֶר, *societas*, ei postulare videbatur, legit fortasse אַחֲוָה, *fraternitas*, *consociatio.* Zach. XI, 14. aut eandem lectionem secutus est, quam LXX (*καὶ ἡ ἰσχύς σου*) expresserunt, ut כֹּחַ אִישׁ, *vim virorum*, per *turmam* interpretatus sit, aut etiam, quia sequitur *πολυχειρία*, simplex אִישׁ ita expressit. Fortasse autem omnibus his coniecturis supersedere possumus, si verba *ὡς λόχος πολυχειρίας λῃστρικῆς* vertantur: *ut insidiae magnae latronum catervae.* *Montf.* perperam transtulit *cohors.* *Hesych.* *λόχος*, *ἔνεδρα*, *στρατηγικὸν τάγμα*, *τάξις*, *φάλαγξ*, *ἀπὸ τοῦ λέχους.* *Οἱ γὰρ ἐνεδρεύοντες κατακλίνουσιν ἑαυτοὺς*, *ὡς ἐπὶ*

λέχους. *Lexicon vetus:* λόχος, παράταξις, *turma.* Conf. *Spanhemium* ad *Iulianum* p. 236. sequ.

*ΛΥΓΜΟ'Σ, singultus, ululatus, lamentatio*, a λύζω, *singultio.* פּוּקָה, *vacillatio*, metonymice: *id quo quis ad vacillandum impellitur, offendiculum. Aqu. Theod.* 1 Sam. XXV, 31. *Vulg. in singultum. Schol.* ibi de hac voce: Ἀκύλας λυγμὸς ἐξέδωκεν, αἰνίττεται δὲ τὰς τοῦ συνειδότος ἀκίδας: quae verba desumta sunt ex *Theodoreti Quaest.* 59. p. 595. qui tamen νυγμὸς habet, pro quo in *Cod. Reg. Coislin.* et apud *Procopium* p. 81. ed. *Meurs.* legitur λυγμὸς, *singultus*, quam significationem vocis פּוּקָה lexica vulgaria ignorant. Suspicari etiam aliquis posset, illud λυγμὸς ortum esse ex βδελυγμὸς, quod LXX h. l. exhibent. *Hesychius:* λυγμὸς, ὀλολυγμὸς, θρῆνος, ἀνανυγμός. *Suidas:* λυγμὸς, ὀλολυγμός. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* λυγμόσαι (legendum videtur λυγμὸς), τὸ ἐπὶ τοῦ θρήνου πάθος.

*ΛΥΘΡΩ'ΔΗΣ, cruentus, pulvere permixtus.* Sap. XI, 7. αἵματι λυθρώδει, sanguine pulvere permixto. Est a λύθρον, quod inter alia apud *Hesychium* exponitur τὸ ἀπὸ φόνου καὶ τὸ ἐξ αἵματος καὶ κόνεος μόλυσμα. Conf. *Spanhemium* in *Callimachum* p. 538. *Sapientiae* l. l. alii legunt αἵματι λυτρώδει, *sanguine redemtorio*, quam lectionem *Clarius* explicavit.

*ΛΥ'ΚΟΣ, lupus.* דֹּב, *ursus*, Prov. XXVIII, 15. Fortasse ita transtulerunt, quod ad sententiam nihil interesset, sive ursus s. lupus diceretur. Vide supra s. ἄρκτος. Ex sententia *Iaegeri* ad h. l. pronuntiabant *Dib*, qui arab. *lupus* est. - זְאֵב, *lupus.* Gen. XLIX, 27. Ies. XI, 6. Hab. I, 8. Soph. III, 4.

*ΛΥΜΑΙ'ΝΟΜΑΙ, devasto, perdo, noceo, everto, perverto.* בָּקַק, *evacuo.* Ierem. LI, 2. ubi cum בּקק idem esse putarunt. Syris ܒܩܩ *putris et fragilis* est. - הִצִּיל Hiph. a נָצַל, *eripio.* Prov. XIX, 19. sec. ed. *Compl.* ubi reliqui libri λοιμεύηται habent. Vide supra s. v. λοιμεύομαι. - חָבַל, *pignero*, it. *perdo.* Prov. XXVII, 13. τὰ ἀλλότρια λυμαίνεται, aliena *perdit.* Vide ad h. l. *Iaegerum.* - חַבֵּל chald. Pahel. Dan. VI, 2. (λέοντες) οὐκ ἐλυμήναντό μοι, leones non *nocuerunt* mihi. - כִּרְסֵם Pih. *suffodio.* Ps. LXXIX, 14. ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ, *devastavit* illam aper sylvestris. Ita *Callim. H. in Dian.* v. 156. σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται. Vide quoque *Alberti Obss.* ad Act. VIII, 3. p. 235. et *Peric. Crit.* p. 5. *Hesych.* ἐλυμήνατο ὗς ἐκ δρυμοῦ, κατέφαγε χοῖρος ἐξ ὕλης. Apud *Suidam* ἐλυμήνατο explicatur ἔβλαψεν. - סִלֵּף Pih. *perverto.* Exod. XXIII, 8. λυμαίνεται ῥήματα δίκαια, *pervertunt* causas iustas. Prov. XIX, 3. - רָצַץ, *conquasso.* 2 Par. XVI, 10. ἐλυμήνατο Ἀσὰ ἐν τῷ λαῷ. Subaudiendum videtur τινὰς, *perdebat* vel *opprimebat* Asa aliquos in populo. - שָׁגָה, *erro.*

Prov. XX, 1. πᾶς δὲ ὁ λυμαινόμενος sec. *Ald.* et *Compl. omnis, qui se corrumpi*, h. e. *a recta via abduci patitur.* Vide ad h. l. *Iaegerum.* Eadem vox, quam *Valckenarius* ad *Eurip. Phoen.* p. 141. acute distinxit in συμμαινόμενος, in *Hexaplis* quoque tribuitur *Inc. Int.* – שָׁחַת: הִשְׁחִית, Pih. et Hiph. Prov. XXIII, 8. XXV, 27. Ies. LXV, 7. 25. et alibi. – תִּעֵב Pih. *abominandum reddo.* Ezech. XVI, 24. Vide et Sir. XXVIII, 26. *Hesych.* λυμαίνεσθαι, καθαίρειν, φθείρειν. Idem: λυμαίνεται, διαφθείρεται. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.*

ΛΥΜΑΙΝΟ'ΜΕΝΟΣ ἘΑΥΤΟ'Ν, *perdens se ipsum.* בַּעַל מַשְׁחִית, *dominus perditionis.* Prov. XVIII, 9. τοῦ λυμαινομένου ἑαυτὸν, *eius, qui vitam suam profundat ac prodigat.* Conf. XI, 7.

*ΛΥΜΕΩ'Ν. *perditor, vastator, violator.* 4 Maccab. XVIII, 8. *Schol. Sophocl. Aiac.* v. 573. λυμεὼν, ὁ βλαπτικός. *Suidas*: λυμεὼν, ὁ φθορεύς. Adde *Diodor. Sic.* T. IV. p. 201. ed. *Bipont.* λυμεὼν καὶ προδότης τῆς Ἑλλάδος.

*ΜΟ'ΣΧΟΣ*, *vitulus*, *taurus*, *bos adultus* (Conf. *Lydii synt. de re militari* pag. 67. sequ.), it. *agnus*. בָּקָר, *bos*. Genes. XII, 16. XX, 14. XXI, 27. et alibi saepius. – בֶּן בָּקָר, *filius bovis*. Levit. I, 5. – כַּר, *agnus*. Ezech. XXXIX, 18. *κριοὺς καὶ μόσχους καὶ τράγους*, arietes et *agnos* et hircos. Sic et alias Graeci *agnum μοσχίον* appellant. *Pollux* lib. VII. segm. 184. ubi de ovium aetatibus: *τὸν μὲν ἀπὸ γονῆς εἴποις ἂν μοσχίον*. Confer *Bochartum Hieroz.* P. I. Lib. II. cap. 28. pag. 276. – *מַלְמַד, *stimulus*. *Inc*. Iud. III, 31. *μόσχων*. Hic omissum esse videtur substantivum *κέντρον* aut simile quid. – עֵגֶל masc. Ex. XXXII, 4. Deut. IX, 16. 21. et alibi saepius. Psalm. CVI, 19. ubi *μόσχος* est *bos*, ut

Apoc. IV, 7. Firmat *Lactantius* lib. IV. cap. 10. *aureum caput bovis.* Accedit *Herodotus*, qui celebratissimum illum Aegyptiorum bovem (Apin) *μόσχον* nominat. - עֶגְלָה foem. *vitula.* Hos. X, 5. - *עָגוֹל, *rotundus.* 1 Reg. X, 19. Legerunt cum *Inc.* לְעֶגְלָה, ac recte. - פַּר, *iuvencus.* Exod. XXIX, 10. Levit. IV, 3. Iudith. VI, 25. *λάβε τὸν μόσχον τὸν δεύτερον τὸν ἑπταετῆ*, accipe *taurum* alterum septennem. Ib. v. 26. et alibi saepius. - שׁוֹר, *bos.* Exod. XXI, 33. XXII, 1. Deut. XIV, 4. Ios. VI, 21. et alibi saepius. - תוֹר, idem, Chald. Esdr. VI, 17. VII, 16. *Hesychius: μόσχος, νέος λύγος* (ita scribendum loco *λυγὸς*), *κλάδος, πτόρθος, καὶ ὁ ἁπαλὸς βοῦς· λύγα* (lege *λύγοι*) *δὲ εἰσὶ τὰ ἱμαντώδη φυτά.*

*ΜΟ'ΣΧΟΣ ΈΚΛΕΚΤΟ'Σ, vitulus electus.* אַבִּיר, *robustus.* Ierem. XLVI, 15. ubi *ἐκλεκτὸς* est merum glossema. Vide ad h. l. *Opuscula Critica* p. 332. sequ.

*ΜΟ'ΣΧΟΣ ΝΕ'ΟΣ, vitulus novus.* שׁוֹר פַּר, *bos iuvencus.* Psalm. LXVIII, 56.

*ΜΟ'ΣΧΟΣ ΣΙΤΕΥΤΟ'Σ, vitulus saginatus.* עֵגֶל מַרְבֵּק, *vitulus saginarii.* Ierem. XLVI, 21. *ὥσπερ μόσχοι σιτευτοὶ, τρεφόμενοι εἰς σφαγήν:* ubi illud *τρεφόμενοι εἰς σφαγὴν* est alius interpretatio vocum praecedentium. - פַּר שֵׁנִי, *iuvencus secundus.* Iud. VI, 28. An forte legerunt שָׁמֵן? - פַּר שׁוֹר, *iuvencus bos.* Iud. VI, 25. Conf. Luc. XV, 23.

**ΜΟΣΧΟ'ΤΑΥΡΟΣ.* Vocabulum fictum, ut videtur. פַּר בֶּן בָּקָר, *iuvencus filius tauri.* *Inc.* Levit. IV, 3. sec. *Coisl. et Lips. K.* Scribendum *μόσχον ἐκ ταύρων*, aut *τῶν ταύρων.*

*ΜΟ'ΤΩΣΙΣ, linteolum, quod vulneribus inseritur, linamentum vulnerarium, turunda*, a *μότος*, aut potius *linamentorum usus*, per linamenta curatio. חבשׁ Pyh. *ligor.* *Aquila* Ies. I, 6. *μότωσιν*: ubi vid. *Montfauconius.* Linteola eiusmodi alias *μότα* dicuntur. *Hesychius: μότα, τὰ πληροῦντα τὴν κοίλην τῶν τραυμάτων ῥάκη. Hieronymus* ad Ezech. XXX, 21.: *Proprie autem μότα vocantur, quae inseruntur vulneribus, ut putridas carnes comedant, et extrahant purulentas.*

*ΜΟΤΟ'Ω, linamentum vulneri indo, indito penicillo vulnerario sano.* חָבַשׁ, *obligo.* *Οἱ πάντες* Hos. VI, 1. *πατάξει καὶ μοτώσει ἡμᾶς*, percutiet et *per linteola sanabit* nos. *Aqu.* Iob. V, 18. *μοτώσει.* *Hesychius: μοττώσῃ* (lege cum *Sopingio μοτώσει*), *ἰάσεται δι' ὀθονίων.* Ita etiam *Lexic. Cyrilli MS. Brem.* et *Suidas*, nisi quod apud hunc pariter vitiose legatur *μοτώσειεν.* Pariter mendose *Gloss. in Proph. μοτῶσαι, ἰάσεται ὀθονίων*, et *Lex. Cyrilli MS. Brem. μωτώσει* (pro *μο-*

τώσει), ἰάσεται. *Symm.* Ezech. XXX, 21. οὐκ ἐμοτώθη. Confer *Suiceri Thes.* T. II. p. 378.

*ΜΟΥΣΙΚΗ'*, sc. τέχνη vel ἐπιστήμη, *musica*, sc. *ars seu scientia.* Sir. XXII, 6. μουσικὴ ἐν πένθει. Lugentes sc. non delectantur musica.

*ΜΟΥΣΙΚΟ'Σ*, *musicus*, *musicae artis peritus.* Item τὰ μουσικά, *quae ad musicam pertinent*, *q. d. musicalia.* זְמָרָא chald. Dan. III, 5. 7. 10. 15. παντὸς γένους μουσικῶν, sc. ὀργάνων, omnis generis musicorum instrumentorum. – שִׁירִים plur. ex שִׁיר, *cantica.* Genes. XXXI, 27. μετὰ μουσικῶν τυμπάνων, cum musicis tympanis. Vide et Ezech. XVI, 13. 3 Esdr. IV, 63. μετὰ μουσικῶν (sc. ὀργάνων) καὶ χαρᾶς, cum musicis instrumentis et gaudio. Vide et 3 Esdr. V, 81. Sir. XL, 22. 1 Macc. IX, 39. 41. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* μουσικὰ, τερπνὰ τὰ δι' αὐλῶν καὶ κινύρας (*Hesych.* κιννύρας), καὶ τὰ ὅμοια.

*ΜΟΧΘΕ'Ω*, *cum difficultate laboro, affligor, in aerumnis ago, vitam aerumnosam duco*, it. *laborem facio, fatigo.* הֶלְאָה Hiph. a לָאָה, *fatigo.* *Aqu.* Ies. VII, 13. ὅτι μοχθεῖτε (*Al.* μοχθοῦτε) καί γε τὸν θεόν μου; quod etiam *laborem facitis* h. e. *molesti estis* Deo meo? *Symmachus* Iob. IV, 2. ubi μοχθεῖν est *moleste ferre.* *Vulg. forsitan moleste accipies.* *Aquila* Psalm. LXVII, 10. μεμοχθηκυῖαν. Idem Ierem. XII, 5. – יָגַע. Ies. LXII, 8. – עָמַל. Cohel. I, 3. II, 19. ἐν παντὶ μόχθῳ μου, ᾧ ἐμόχθησα, ubi *Vulg.* per *desudare*, quemadmodum ib. v. 11. per *frustra desudare*, transtulit. – עָמֵל verbale, *laborans.* Cohel. II, 18. III, 9. IV, 8. – תְּלָאָה, *labor.* Thren. III, 5. Legerunt יָלְאָה, aut אֶלְאָה sec. ed. *Compl.* quae habet ἐμόχθησα. *Symm.* Iob. IV, 2. *Hesych.* μοχθεῖ, κακοπαθεῖ.

*ΜΟΧΘΗΡΟ'ΟΜΑΙ*, *molestus sum, aerumnosus fui.* נִמְרַץ Niph. *vehemens* seu *acer sum.* *Aquila* Iob. VI, 25. τί ἐμοχθηρώθησαν λόγοι εὐθοῦς; *Drusius* in *Fragm.* p. 78. vertit: *quam improbi fuerunt* (potius: *quam molesti sunt*, *offendunt ac bilem movent.* Vid. *Hex.*) sermones recti.

*ΜΟΧΘΗΡΟ'Σ*, *laboriosus*, *aerumnosus*, *malus*, *improbus*, *molestias afferens*, *calamitosus*, *miser.* Sirac. XXVI, 6. ὑπὲρ θάνατον πάντα μοχθηρὰ, super mortem omnia *molesta.* Sirac. XXVII, 15. μοχθηρὰ ἀκοή, auditus *molestus.* Interdum μοχθηρὸς, sicut πονηρὸς, substantivis additum notat *magnum*, *summum*, et locum superlativi tenet, v. c. Sir. V, 17. αἰσχύνη μοχθηρὰ, *summa ignominia.* *Hesych.* μοχθηρὸς, ἐπίπονος, πονηρός. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* μοχθηρὰ, καὶ τὰ ἐπίπονα, καὶ τὰ πονηρὰ, καὶ τὰ φαῦλα.

*ΜΟ'ΧΘΟΣ*, *labor*, et quidem *aerumnosus* (Vide *Pindar. Isthm.* Od. VIII. v. 22.), it. *aerumna*, *molestia.* אָוֶן, *iniqui-*

*tas.* Num. XXIII, 21. *οὐκ ἔσται μόχθος ἐν ἰακὼβ,* non erit *malum* inter Iacobitas. - חָמָס, *violentia.* Ierem. LI, 35. - יְגִיעַ. Ies. LV, 2. Ierem. III, 24. - כַּעַס, *indignatio. Al.* Cohel. II, 23. *μόχθου.* - עָמָל. Deut. XXVI, 7. Cohel. I, 3. II, 10. et alibi saepius. - עִצָּבוֹן, *labor. Theod.* sec. cod. *Mosqu.* Genes. III, 17. - פְּעֻלָּה, *opus.* Ies. LXI, 8. ubi *μόχθος labore partum, mercedem laboris* notat. - פֶּרֶךְ, *asperitas.* Levit. XXV, 43. 46. 53. Ezech. XXXIV, 4. - תַּאֲלָה, *exsecratio, maledictio.* Thren. III, 64. Secundum *Cappellum* in *nott. critt.* ad h. l. p. 541. legerunt תְּלָאָתְךָ, quia לָאָה est *laborare, defatigari.* Sed *Buxtorfius* in *Anticrit.* p. 764. statuit, non aliter eos legisse, potius accepisse cum *Chaldaeo,* ac si תַּאֲלָתְךָ idem esset, quod תְּלָאָתְךָ, per metathesin literarum. *Vulg. laborem tuum.* - תְּלָאָה, *defatigatio, molestia.* Exod. XVIII, 8. Num. XX, 14. Neh. IX, 32. Praeterea legitur in *Roman. Edit.* Ezech. XXIII, 29. *πάντας τοὺς πόνους σου καὶ τοὺς μόχθους,* ubi illud *καὶ τοὺς μόχθους* aliunde advectum, et uti spurium in ed. *Complut.* quoque omissum est. Vtrasque voces, *πόνον* et *μόχθον,* coniunxit *Philo* de *Vita Mos.* lib. I. p. 500. C. quemadmodum *μοχθεῖν* et *πόνους ἔχειν* coniunxit *Eurip. Electr.* v. 65. Sap. X, 10. XVII, 17. *τῶν κατ' ἐρημίαν ἐργάτης μόχθων,* operarius laborum in deserto. *Lex. Cyrilli MS. Brem. μόχθων, καμάτων. Hesych. μόχθος, πόνος, κακοπάθεια.*

ΜΟΧΘΕΩ, i. q. *μοχθέω, laboro.* לָאָה, *deficio viribus, defatigor. Aqu.* Ies. VII, 13. *μοχθοῦν ἄνδρας* sec. *Eusebium* in *Demonstr. Evang.* l. VI. p. 195. ubi et in sequentibus *μοχθοῦτε* loco *μοχθεῖτε* legendum erit.

*ΜΟΧΛΕΥΩ, *vecte obfirmo* vel *claudo,* i. q. *μοχλοὺς ἐπιβάλλω* apud *Aristoph.* in *Thesmoph.* v. 422. בְּרִיחַ, *repagulum. Inc. Int.* (fortasse *Symmachus*) Prov. XVIII, 19. *μεμοχλευμένον βασίλειον,* pro quo apud *Chrysostomum* de *sacerd.* §. 48., ut *Bengelius* annotavit, vitiose scribitur *μεμοχλευμένη βασιλεία. Hesych. μοχλεύει, κινεῖ.* Quidni *κλείει?*

ΜΟΧΛΟΣ, *vectis, repagulum, instrumentum, quo portae intus firmabantur.* בַּד. Exod. XXXVII, 32. XXXVIII, 5. - בְּרִיחַ. 2 Par. VIII, 5. *τείχη, πύλαι καὶ μοχλοὶ,* muri, portae et *repagula.* Vide et Ierem. XLIX, 30. LI, 30 Ezech. XXXVIII, 11. Iud. XVI, 3. *μοχλὸς* est *vectis transversus, qui postibus immissus, ne valvae introrsum aperiantur, impedit.* Adde *Aqu.* Ies. XXVII, 1. *Hesych. μοχλοὶ, κλεῖθρα.* - כַּשִּׁיל, *bipennis. Symm.* Psalm. LXXIII, 6. Non aliter legit, sed nomina instrumentorum pro lubitu permutavit. - צִינֹק, *vinculum. Symm.* Ierem. XXIX, 26. *μοχλὸν,* ubi *μοχλὸς carcerem* designare videtur, *cuius porta vecte firmata.* Eandem notionem voci hebr. quoque tribuit *Michaelis* in *Supplem.*

p. 2112. Ierem. XLIX, 31. μοχλοὶ est glossema s. interpretatio vocis antecedentis βάλανοι.

*ΜΥΑΛΟ'Ω. טָפַשׁ, *impinguo*. *Symm.* Psalm. CXVIII, 70. ἐμυαλώθη, *medullatum est*, velut adeps, cor eorum: ubi sine dubio legendum est ἐμυελώθη, et μυελοῦσθαι est i. q. λιπαίνεσθαι, *impinguari*, *incrassari*. Vide quoque infra s. μυελόω.

*ΜΥΓΑΛΗ'* (ita enim scribendum est, ut legitur apud *Aristot. Hist. an.* VIII. c. 21. et alios, non autem, ut vulgo, μυγάλη.), *mus araneus*. Vocatur et μυγαλέη a *Nicandro* in *Theriacis*. Quod genus animantis sit, scire se negat *Eugubinus*. Meminit eius *Plutarchus* in *Sympos.* l. IV. c. 5. Rationem nominis assignant aliqui, quod ἐκ μυὸς καὶ γαλῆς, *ex mure et mustela*, γίνεται, quod absurdissimum iudicat *Bochartus Hieroz.* P. I. lib. IV. c. 1. p. 1064., cum et mustela sit mure multo maior, et illi tam infensa quam felis. Melius ergo *Aetium* scribere asserit: *Mus araneus colore quidem mustelae similis est*, *magnitudine autem muri*, *unde et mygales obtinuit nomen*. Addit tamen, quod mus araneus muris habeat speciem potius, quam magnitudinem, cum mure omnino minor sit. *Latini murem araneum* vocant, ob venenum, credo, praesens, quod morsu infigat. Conf. *Plin. H. N.* VIII. c. 58. Caeterum alii *ericium* vertunt, alii *sanguisugam*, alii *viverram*, quae mustela sylvestris est. – אֲנָקָה, *attelabus*. Levit. XI, 30.

*ΜΥΕΛΟ'Σ*, *medulla*, etiam *intima pars*. חֵלֶב, *adeps*. Gen. XLV, 18. ubi μυελὸς τῆς γῆς notat *optimos proventus terrae*. – מֹחַ, *medulla*. Iob. XXI, 24. *Hesych.* μυελὸς, τροφὴ, ἔδεσμα, τὸ ἐντὸς τῶν ὀστῶν.

*ΜΥΕΛΟ'Ω*, *medulla impleo*. Hinc partic. pass. μεμυελωμένος, *medulla plenus*, *pinguis*, *medullosus*. מֵחִים plur. *pinguia*. Ps. LXV, 14. ὁλοκαυτώματα μεμυελωμένα, holocausta *medulla plena*. *Theodoretus* et *Suidas* legunt μεμυαλωμένα. Verba *Suidae*, a *Küstero* ex *Theodoreto* emendata, de hac voce ita sese habent: Μεμυαλωμένα κέκληκε τὰ εὐτραφῆ καὶ πίονα. οὕτω γὰρ καὶ ὁ νόμος προσφέρειν ἐκέλευσεν ἄμωμά τε καὶ ἄρτια. ἐπαρᾶται δὲ καὶ ὁ προφήτης Μαλαχίας τοῖς τοιαῦτα μὴ ἔχουσιν, ἀνάπηρα δὲ προσφέρουσιν. Apud *Hesychium* legitur μεμυλωμένα, sine explicatione, pro quo *Sopingius* legendum censet μεμυελωμένα. At, si ex literarum serie iudicandum, reponendum potius μεμυαλωμένα, ut scribitur etiam apud *Hesychium* in v. λοίων. Rectius tamen legitur μεμυελωμένα.

*ΜΥΕ'Ω*, *doceo sacra*, *initio mysteriis*. נִצְמַד Niph. a צָמַד, *copulo me*. *Aqu.* Num. XXV, 5. μυηθέντας. Ita *Symmachus* sec. cod. *Paul. Lips.* 3 Macc. II, 10. μεμυημένοι κατὰ

τὰς τελετὰς, sacris *initiati*. Vide *Munthii Obss. e Diodor. Sic.* ad *Philipp.* IV, 12.

*ΜΥΖΕ'Ω*, *sugo*. יָנַק, idem. *Aqu. Symm.* Iob. XX, 16. μυζήσεται. Reliqui μυζήσει. *Suidas*: μυζεῖ καὶ μύζει, θηλάζει, λείχει.

*ΜΥΖΗ'ΤΗΣ*, *genus insecti*, *sic dicti*, *quod fruges corrodat et sugat*, a μυζέω, aut a μύζω, *sonum emitto*, *strideo*, ut sit *grylli* nomen a *stridore* inditum. Vid. *Michaelis Suppl.* p. 865. חָסִיל, *species locustae*. *Symm.* Ps. LXXVII, 46. Vide supra s. ἐρυσίβη.

*ΜΥΘΟΛΟ'ΓΟΣ*, *fabularum narrator*, *fabulator*. Baruch. III, 23. *Bretschneidero* h. l. sic dicti videntur *philosophi gentilium*, *Baduello* autem *fabularum interpretes*.

*ΜΥ'ΘΟΣ*, *fabula*, *sermo*. Sir. XX, 19. μῦθος ἄκαιρος, *sermo* intempestivus. Sic et μῦθος est i. q. ἀπόφθεγμα in *Theognidis* dicto: μύθῳ σώφρονι πειθόμενος.

*ΜΥΙ'Α*, *musca*, a μύζω, *murmuro*. זְבוּב, idem. 2 Reg. I, 2. 3. 6. 16. Cohel. X, 1. Ies. VII, 18. In locis 2 Reg. laudatis in LXX ac in utraque *Symmachi* versione loco μυΐαν reponere mallem μυιῶν. Βεελζεβοὺβ enim est *dominus muscarum*, non autem ipsa musca ita dici potest. Vide *Lex. N. T. s. h. v.* Sap. XVI, 9.

*ΜΥΚΑ'ΟΜΑΙ*, *mugio*. גָּעָה. *Symm.* Iob. VI, 5. μυκήσεται, *mugiet*, ubi *Montf.* male edi iussit: μηκήσεται. *Inc.* 1 Sam. VI, 12. μυκώμενοι, *mugientes*.

*ΜΥΚΤΗ'Ρ*, *meatus odorandi*, *nares*, *nasus*. אַף, idem. Num. XI, 20. 2 Reg. XIX, 28. Iob. XL, 21. et alibi. Adde *Aqu. Symm. Theod.* Gen. II, 7. ubi μυκτῆρες, *nares*, coll. *Symm.* Ezech. VIII, 17. et *Aqu. Symm.* Thren. IV, 20. – נְחִירַיִם dual. *nares*. Iob. XLI, 11.

*ΜΥΚΤΗΡΙ'ΖΩ*, *nares attraho*, *naso adunco suspendo*, *subsanno*, *derideo*. אַף, *nasus*. Ezech. VIII, 17. – בוּז, verbum, *contemno*. Prov. XI, 12. – בוּז, nomen, *contemtus*. Prov. XII, 8. νωθροκάρδιος δὲ μυκτηρίζεται, tardus vero ad ratiocinationem *subsannatur*. – בָּזָה, *contemno*. Prov. XV, 21. XXIII, 9. – הִלְעִיב Hiph. a לָעַב, *subsanno*, *irrideo*. Arab. كعب, *ludificatus est*. 2 Par. XXXVI, 16. – הָתֵל Pih. 1 Reg. XVIII, 27. – לָעַג. Iob. XXII, 19. Ierem. XX, 7. – נָאַץ, *sperno*. Prov. I, 30. XV, 5. – נָגַע, *tango*, *laedo*. *Symm.* Ps. LXXII, 14. μυκτηριζόμενος. Sensum expressit: *derisus*, *ob mala sc. ac infortunia mea*: nam נָגוּעַ, *flagellatus*, habet h. l. hanc notionem metaphoricam. – נָלוֹז, *perversus*. *Theod.* Prov. II, 15. Legit fortasse נָלוֹץ. – *שָׁלַח אֶת־הַזְּמוֹרָה אֶל אַף, *applico ramum ad nares*. Ezech. VIII, 17. ὡς μυκτηρίζοντες, ubi libere verterunt, non autem זְמוֹרָה ad זָמַר retulerunt, ut

statuit *Michaelis Supplem.* p. 631. *Hesych.* *μυκτηρίζει, χλευάζει, καταγελᾷ, ἀπὸ τοῦ μύζειν τοῖς μυκτῆρσι.* Confer *Lex. N. T.* s. h. v.

***ΜΥΚΤΗΡΙΣΜΟ'Σ**, subsannatio, irrisio. Theodorus Antioch. πνεῦμα διὰ ῥινῶν ἀφιέμενον εἰς ἐξουδένωσιν τοῦ μεγάλα φρυαττομένου.* בּוּזָה, *contemtus.* Neh. IV, 4. – *בִּזָּה, *praeda.* Neh. IV, 4. Hic legerunt בּוּזָה. – לַעַג. Iob. XXXIV, 7. Ez. XXIII, 32. – מָעוֹג, *placenta.* Ps. XXXIV, 19. Legerunt לַעוֹג. Vid. *Starck. carmina Davidis* p. 273.

***ΜΥ'ΛΑΙ***, plur. *dentes molares.* מַלְתָּעוֹת plur. Ps. LVII, 6. *τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν*, dentes molares leonum confregit. *Suidas: μύλας λεόντων, ὀδόντας λεόντων.* – מְתַלְּעוֹת plur. per metathesin literarum ex priori. Iob. XXIX, 17. Prov. XXX, 14. Ioel. I, 6. *Lex. Cyrilli MS. Brem. μύλας, τοὺς ἔσω ὀδόντας. Suidas: μύλαι, οἱ ἔνδον ὀδόντες, οἷς λεπτύνειν εἰώθασιν οἱ ἄνθρωποι τὴν τροφήν.*

***ΜΥ'ΛΗ**, mola, qualis asinaria seu trusatilis, frumentaria oleariave.* מַכְתֵּשׁ, *mortarium. Symm.* Iud. XV, 19. *Vulg. dentem molarem.*

***ΜΥ'ΛΟΣ**, mola, molendinum*, it. synecdochice tam *meta* sive *inferior molae lapis*, quam *catillus* sive *superior molae lapis*, it. *μύλοι* in plur. *dentes molares.* טֹחֲנוֹת, *molitrices*, figurate *dentes molares.* *Symm.* Cohel. XII, 3. *μύλοι, dentes molares.* – רֵחַיִם, dualis, propter duas molae partes, superiorem, *catillum*, et inferiorem, *metam* dictam. Ex. XI, 5. *ἕως τοῦ πρωτοτόκου τῆς θεραπαίνης τῆς παρὰ τὸν μύλον*, usque ad primogenitum ancillae *molam* agentis. Ies. XLVII, 2. *λάβε μύλον, ἄλεσον ἄλευρον*, sume *molam*, mole farinam. Conf. *Goetzium* de *pistrin. vett.* p. 193. *Al.* Num. XI, 8. *μύλῳ*. *Al.* Ierem. XXV, 10. *φωνὴν μύλου.* Deut. XXIV, 6. *οὐκ ἐνεχυράσεις μύλον, οὐδὲ ἐπιμύλιον*, non accipies in pignus *neque inferiorem neque superiorem molae lapidem.* Sic et *μύλη*, quae alias Graecis *molam* denotat, etiam *inferiorem molae lapidem* significat. *Hesychius* de hac voce: *οὕτω λέγεται καὶ ὁ κάτω τῆς μύλης λίθος, ὁ δὲ ἄνω ὄνος. Lex. Cyrilli MS. Brem. et Bar. μύλη, τὸ κάτω τοῦ μύλου, τὸ δὲ ἄνω ὄνος λέγεται.* Eadem fere habet *Suidas.* – רֶכֶב, *catillus.* LXX et *οἱ λοιποὶ* Iud. IX, 53. 2 Sam. XI, 21. *κλάσμα μύλου*, fragmentum catilli. Vide *ἐπιμύλιον.*

***ΜΥ'ΛΩΝ**, moletrina, pistrinum.* פְּקֻדָּה, *praefectura.* Ierem. LII, 9. *ἔδωκεν αὐτὸν εἰς οἰκίαν μύλωνος*, misit illum in domum pistrini. Vox hebr. de *carceribus perpetuis* explicatur ab optimis Intt. Vide *Goetzium* de *pistrinis vett.* p. 45. et *Lex. N. T. s. h. v.* [Vox Graeca occurrit quoque Ier. XXIX, 7. in vers. *Theodot. καὶ δοῦναι αὐτὸν εἰς οἶκον τοῦ μυλῶνος*, quae ex LII, 9. petita videntur. *K.*]

*ΜΥΞΩΤΗ'Ρ*, i. q. *μυκτὴρ*, *nares*, *per quas mucus* (*μύξα*) *effluit* (Vide *Suidam* T. II. p. 587. *Pollucem* II, 79.), it. *tubus*, *fistula*, צַנְתְּרוֹת plur. *tubi*, *fistulae*. Zach. IV, 12. ubi *μυξωτῆρες* sunt *epistomia*, seu *infundibula instar nasi adunca*, *per quae oleum defluebat in concham*. Confer. *Michaelis Supplem.* p. 2116. Aliis sunt *emunctoria*, h. e. *instrumenta comprimentia oleas et oleum exprimentia*.

*ΜΥΡΕΨΗΤΗ'ΡΙΟΝ*, *vas unguentarium*. מֶרְקָחָה, *olla pigmenti*, *vas unguentarium*. *Aqu.* Iob. XLI, 22.

*ΜΥΡΕΨΙΚΌΣ*, *ad unguentarios pertinens*, *unguentarius*, *unguento conditus*. מֶרְקָחִים plur. *pigmenta*, *condituras*. Cant. V, 14. – מִרְקַחַת, *unguentum*. Exod. XXX, 25. *μύρον μυρεψικὸν*, unguentum unguentarium. – רֹקֵחַ, *unguentarius*. Exod. XXX, 35. ubi pro *μυρεψικοῦ* alii *μυρεψοῦ*. – רֶקַח, *unguentum*. Exod. XXX, 35. *θυμίαμα μυρεψικόν*. – רֶקַח, *conditura*. Cant. VIII, 2. *ποτιῶ σε ἀπὸ οἴνου τοῦ μυρεψικοῦ*, potabo te vino *unguento condito*. Graecis vinum illud alias *μυρίνης οἶνος* dicebatur, de quo *Pollux* lib. VI. cap. 2. segm. 17. *ἦν δὲ τὶς καὶ μυῤῥίνης οἶνος*, *μύρῳ κεκραμένος*, *οἱ δὲ τὸν γλυκὺν οὕτως οἴονται κεκλῆσθαι*. Et *Hesychius*: *Μυῤῥίνην*, *ἔνιοι μὲν οἶνον μυῤῥίνης καλοῦσιν*, *οἱ δὲ πότον ἐσκευασμένον*, *οἱ δὲ πόσιν φασὶν*, *ᾗ ἐπεχεῖτο μύρον*. De eodem vino *Aelianus V. H.* lib. XII. c. 5. *τί δὲ*, *οὐκ ἐκεῖνα τοῖς Ἕλλησι τρυφῆς ἀπόδειξις*; *μύρῳ γὰρ οἶνον μιγνύντες οὕτως ἔπινον καὶ ὑπερηγάζοντο τὴν τοιαύτην κρᾶσιν· καὶ ἐκαλεῖτο ὁ οἶνος μυῤῥινίτης*. (*Hadr. Iunius*, *Schefferus* et *Perizonius* legendum censent *μυῤῥίνης*.) *μέμνηται δὲ αὐτοῦ Φιλιππίδης ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής*. Confer ad h. l. *Perizonium*.

*ΜΥΡΕ'ΨΙΟΝ*, *pigmentum*, *unguentum*. רִקְחָה. *Symm.* Ies. LVII, 9. *μυρέψια*.

*ΜΥΡΕΨΌΣ*, *unguenti coctor* vel *confector*, *unguentarius*. מִרְקַחַת, *unguentum*. 2 Par. XVI, 15. – רֹכֵל, *aromatarius*. Cant. III, 6. – רֹקֵחַ. Exod. XXX, 25. XXXVII, 35. 1 Par. IX, 30. – *רַקָּחָה, *unguentum*. *Theod.* Ies. LVII, 9. – רַקָּחָה foem. *unguentaria*. 1 Sam. VIII, 13. Sirac. XXXVIII, 8. XLIX, 1. *Hesych.* *μυρεψὸς*, *ὁ τὰ μύρα καὶ τὰ θυμιάματα σκευάζων*.

*ΜΥΡΙΆΣ*, *myrias*, *numerus decem millium*. רִבּוֹא et רִבּוֹ. Esdr. II, 64. 69. Nehem. VII, 6. – רְבָבָה. Gen. XXIV, 66. Levit. XXVI, 8. Num. X, 36. et alibi saepius. Iudith. XVI, 5. *μυριάσι*. *Vulg. in multitudine*: ubi aut sensum expressit, aut facta est permutatio vocum רֹב et רִבּוֹ.

*'ΕΞΗ'ΚΟΝΤΑ ΜΥΡΙΆΔΕΣ*, *sexaginta myriades*. שֵׁשׁ מֵאוֹת אֶלֶף, *sexcenta millia*. Ex. XXXVIII, 26.

*ΜΥ'ΡΙΑΙ ΜΥΡΙΆΔΕΣ*, *decies mille myriades*. רִבּוֹ רִבְבָן chald. Dan. VII, 10.

*ΜΥ'ΡΙΟΙ, ΑΙ, Α, decem millia, decies mille.* עֲשֶׂרֶת אֲלָפִים. Esth. III, 9. - רִבּוֹ. 1 Par. XXIX, 7. - רְבָבָה. Iud. XX, 10.

*ΜΥ'ΡΙΟΙ ΠΕΝΤΑΚΙΣΧΙ'ΛΙΟΙ, decem millia et quinque millia.* חֲמִשָּׁה וְשִׁבְעִים אֶלֶף, *septuaginta et quinque millia.* Esth. IX, 16.

*ΜΥ'ΡΙΑ ΤΕΤΡΑΚΙΣΧΙ'ΛΙΑ, decem millia et quatuor millia.* אַרְבָּעָה עָשָׂר אֶלֶף, *quatuordecim mille.* Iob. XLII, 12.

*ΜΥΡΙΟΠΛΑ'ΣΙΟΣ, decem millibus, multiplex.* רִבֹּתַיִם, dual. *duae myriades.* Ps. LXVII, 18.

*ΜΥΡΙΟΠΛΑΣΙ'ΩΣ, decem millibus multipliciter*, seu: *multis vel infinitis modis.* Sir. XXIII, 26. *Clemens Alex. Paed.* p. 229, 28.

*ΜΥΡΙΟ'ΤΗΣ, decem millium multitudo*, vel *magnus, infinitus numerus.* Sap. XII, 22. ἐχθροὺς ἡμῶν ἐν μυριότητι μαστιγοῖς, inimicos nostros *multipliciter* flagellas. Sic μυρία apud *Homerum* sunt *multa.* Il. α', 2. ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε, ubi *Schol.* μύρια ἀορίστως, ἀντὶ τοῦ πολλά. Vnde et *Hesychius:* μύρια, πολλά. Sic et in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* μυριότιμον exponitur πολύτιμον.

**ΜΥΡΙ'ΝΙΝΟΣ*, i. q. μυρσίνινος, *myrteus.* מֹר, *myrrha.* Esth. II, 12. sec. cod. *Alex.*

*ΜΥΡΙΣΜΟ'Σ, inunctio, unguentum.* Iudith. XVI, 6. ἠλείψατο τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν μυρισμῷ.

*ΜΥΡΜΗΚΙΑ'Ω, myrmeciis* seu *verrucis laboro.* יַבֶּלֶת, *verruca.* Levit. XXII, 22. μυρμηκιῶντα. *Flamin. Nobilius* reddidit *formiculosa:* melius reddidisset ex *Plinio formicantia.* Est autem μυρμηκιᾶν et μυρμηκίζειν apud *Aetium* medicum et alios *verrucis infestari*, quae et ipsae μυρμήκια vel μυρμηκίαι appellantur, unde *verrucarum infestatio* vel *formicatio* (*Plin. H. N.* XXVIII, 7. et XXX, 8.) μυρμηκίασις dicitur, quae voces omnes a μύρμηξ, *formica*, nomen acceperunt, quod secundum *Aetium* ita quis verrucis illis afficiatur, ac si formicas repentes sentiret, vel potius iuxta *Paulum Aeginetam*, quod similem sensum generet morsibus formicarum. *Hesych.* μυρμηκιῶν, ὁ ἥλους ἔχων ἐν ταῖς πτέρναις. ἄλλα δέ ἐστι τὰ ἐξανθήματα καὶ τὰ οἰδήματα τὰ περὶ τὸ σῶμα γινόμενα. Confer *Bonfrer.* in *Levit.* l. c. pag. 688. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 420.

*ΜΥΡΜΗΚΟΛΕ'ΩΝ, leo formicarius*, aut: *formica leo*, (Conf. *Poupart. Mem. de l'Acad. Roy.* 1704. pag. 255.) etiam *species leonis.* Vide *Agatharchidem* c. 34. לַיִשׁ, *leo vetus.* Iob. IV, 11. *Vulg. tigris.* Conf. *Drusium* ad h. l. *Bochartum Hieroz.* P. II. p. 815. et *Tycheenium* ad *Physiologum Syrum* p. 77 sequ.

**ΜΥ'ΡΜΗΞ**, *formica.* נְמָלָה, idem. Prov. VI, 6. XXX, 25.

**ΜΥ'ΡΝΙΝΟΣ**, a μύῤῥα vel σμύρνα, *myrrhinus.* מֹר, *myrrha.* Esth. II, 12. μυῤῥίνῳ (iuxta *Rom.* edit. σμυρνίνῳ) ἐλαίῳ.

**ΜΥΡΟΒΡΕΧΗ'Σ**, *unguento delibutus.* 3 Macc. IV, 6.

**ΜΥ'ΡΟΝ** et **ΜΥ῀ΡΟΝ**, *unguentum.* אֲשִׁישָׁה, *lagena.* Cant. II, 5. ubi tamen pro μύροις legendum videtur nonnullis ἀμόραις. Sic certe *Grabius Proleg. in LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 4.: *Omnes, quos vidi, codices MSS. pariter ac editi mendose prorsus habent ἐν μύροις. Origenis vero exemplaria ἐν ἀμύραις, sed neque sic recte. Quippe ἐν ἀμόραις legendum esse Hebraea vox* אֲשִׁישׁ *me edocuit, quam uti* 2 *Reg.* VI, 19. *verterunt λάγανον, ita in loco parallelo* 1 *Par.* XVI, 3. *ἀμορίτην reddiderunt οἱ ό (iuxta exemplaria Ald. Rom. et Alex.), ita dictum ab ἀμόρα, quam Athenaeus Deipn. lib.* XIV. *cap.* 14. *p.* 646. *e Phileta docet esse μελίτωμα πεπεμμένον, et Hesychius in Lex. ἀμόρα, σεμίδαλις ἑφθὴ σὺν μέλιτι. Aptissime igitur hic dicitur: στηρίσατέ με ἐν ἀμόραις, siquidem ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει. Psalm.* CIII, 15. Fortasse tamen respexerunt *oenanthinum*, de quo agit *Dioscor.* I. c. 57. Certe *Symmachus* habet ἄνθει. – בֹּשֶׂם, *aroma odoratum.* Cant. IV, 14. – לוֹט, *stacte.* Ies. XXV, 7. – מְרֻקָּח part. Pyh. *unguentatus.* 2 Par. XVI, 15. – מִרְקַחַת. 1 Par. IX, 30. – *פַּנַּג. Ezech. XXVII, 17. *Vulg. balsamum.* Vid. *Simonis lex. hebr.* p. 1297. – רֹקַח. Exod. XXX, 25. – שֶׁמֶן, *oleum, pinguedo.* Prov. XXVII, 9. Cant. I, 2. *Aqu.* Cohel. X, 1. – שֶׁמֶן טוֹב, *oleum bonum.* Ps. CXXXII, 2.

**'ΟΣΜΗ` ΜΥ'ΡΟΥ**, *odor unguenti.* קוֹל רֵחַיִם, *vox molarum.* Ierem. XXV, 10. Hic vulgo statuunt eos, omissa voce קוֹל, loco רֵחַיִם legisse רֵיחַ, ab arab. ريح, *odoratus est.* Aliis contra videtur olim scriptum fuisse φωνὴν μύλου, quod deformatum postmodum et mutatum fuerit in ὀσμὴν μύρου. Lectio φωνὴν μύλου reperitur in *Cod. Syr. Hexapl.* et apud *Theodoret.* T. II. Opp. ed. Hal. p. 523. Conf. ad h. l. *Grabii Diss. de Vit. LXX Intt.* p. 47.

**ΜΥΡΣΙΝΕΩ'Ν**, *myrtetum, locus myrtis consitus.* הֲדַס, *myrtus.* *Aqu. Symm.* Zach. I, 8. ubi loco μυρσινεῶνας e cod. *Barber.* reponendum est μυρσινεώνων. Caeterum vide ad h. l. *Drusium.*

**ΜΥΡΣΙ'ΝΗ**, *myrtus.* הֲדַס, idem. Neh. VIII, 17. Ies. XLI, 19. LV, 13. Vide *Ol. Celsii Hierobot.* T. II. p. 17.

***ΜΥΡΣΙΝΩ'Ν**, *myrtetum.* *אַיָּלוֹן, *Aialon*, nomen proprium. Iud. I, 35. ἐν τῷ μυρσινῶνι. Legerunt, aliis punctis subiectis, אֵילוֹן, quae vox varias arborum species comprehen-

dit. Vide ad h. l. *Bonfrerium*. - חֶרֶס, *Cheres*, nomen propr. loci. *Inc. et LXX* sec. cod. *Alex.* Iud. I, 35. cuius auctor loco הַר חֶרֶס legit הֶרֶס.

*ΜΥΣ*, *mus*. עַכְבָּר. Lev. XI, 29. 1 Sam. VI, 4. et alibi. Praeterea legitur 1 Sam, V, 6. ubi verba *καὶ μέσον τῆς χώρας αὐτῶν ἀνεφύησαν μύες* una cum reliquis inde a *καὶ ἐπήγαγεν* pro glossemate habentur, orto illo ex Cap. VI, 5.

*ΜΥΣΑΖΩ*, *scelus ago*. בוֹא בְדָמִים, *venio ad sanguinem*. *Aqu.* 1 Sam. XXV, 26. *μυσάζειν* sec. *cod. Reg.* ac *Theodoretum*. Sed vox haec mihi potius ab alio interprete profecta esse videtur. דָמִים autem ut *scelera quaevis atrocia* notat, ita speciatim pro *αἷμα ἀθῷον* ponitur.

*ΜΥΣΑΡΟΣ*, *impurus*, *abominandus*, *detestandus*. *פֶּגֶר, *cadaver*. *Inc.* Levit. XXVI, 30. ubi pro *μυσερῶν*, quod habet *Cod. Coisl.* et *Lips. Paul.*, reponendum est *μυσαρῶν*. Sed quanquam haec versio a textu hebr. minime aliena dici potest, tamen *Scharfenbergius* ad h. l. *μυσαρῶν* ad sequ. גִּלּוּלִים, q. d. *stercorea* (h. e. *res foedae*, *quas aversantur homines*, *utpote impuras*, speciatim *simulacra Deastrorum*), referre maluit. - תֶּבֶל, *confusio*, *turpitudo*, *flagitium*. Levit. XVIII, 23.

*ΜΥΣΑΡΧΗΣ*, *abominandus praefectus*, vel *princeps sceleris*. 2 Macc. V, 24. Vide ad h. l. *Grotium*, qui putat, eum fuisse antea *praefectum Mysiae*. Sed tunc *μυσιάρχην* potius scribendum fuisset, ut *κυπριάρχης* ib. XII, 12.

*ΜΥΣΟΣ*, *detestandum facinus*, *scelus*. זִמָּה. *Aqu.* Lev. XVIII, 17. 2 Macc. VI, 19. *Hesych.* *μῦσος*, *μίασμα*, *βδελυγμὸς*, *ἀποστροφή*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *μῦσος*, *βδέλυγμα*, *μίσους ἄξιος*.

*ΜΥΣΟΩ*, *polluo*. בוֹא בְדָמִים, *venio ad sanguinem*. Reliqui 1 Sam. XXV, 33. ubi vid. *Schol.* ed. *Rom.* ac *Montf.* Vide quoque supra *μυσάζω*.

**ΜΥΣΤΑΘΕΙΑ*. Vocabulum hoc, in cuius explicatione Intt. dissentiunt, ac est haud dubie corruptum, (*Hesych.* *μυστάθης*, *εἶδός τι καὶ φατριὰ μάντεων*: ubi vide Intt.) legitur Sap. XII, 6. sec. cod. *Vat. Vulg. Syr.* et *Arabs* vel legerunt *μυστήριά σου*, vel verbum *μυσταθεία* sic sunt interpretati. *Grotius* pro *ἐκ μέσου μυσταθείας σου* legere maluit *ἐκ μυσοῦ μυστὰς θειασμοῦ*, *ex scelerato afflatu mystas*. *Baduellus* *ἐκ μύσου*, *μύστας τε θειασμοῦ*, *epulum sanguinis abominandi et sacerdotes divini furoris*. *Cod. Alex.* *αἵματος ἐκ μέσου μύστας θιάσου*. *Complut.* *μύστας θείας σου*.

*ΜΥΣΤΑΞ*, *labrum superius*, *et in eo nati pili*, *barba*. שָׂפָם. 2 Sam. XIX, 24. *Hesych.* *μύσταξ*, *αἱ ἐπὶ τὰ ἄνω χείλη τρίχες*.

*ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ*, *mysterium*, *res arcana*. רָז : רָזָא chald. Dan. II, 18. 19. 27. 29. IV, 6. — רָזִי, *macies*. *Aqu. Theod.* et LXX Ies. XXIV, 7. ex notione Chaldaica huius vocis. — סוֹד, *arcanum consilium*. *Al.* Prov. XX, 22. *Symm.* Prov. I, 13. *Theod. et Ed. Quinta* Ps. XXIV, 15. Iob. XV, 8. Sap. XIV, 15. παρέδωκε τοῖς ὑποχειρίοις μυστήρια καὶ τελετάς. *Vulgatus:* et constituit inter servos suos *sacra* et *sacrificia*: ubi *Grotius:* μυστήρια *in quibusdam vocibus arcanis et symbolis consistebant*, τελεταὶ *in victimis*. Ibid. v. 23. τὰ κρύφια μυστήρια occurrunt, ubi *Vulgatus obscura sacrificia* habet. 2 Macc. XIII, 21.

*ΜΥΣΤΗΣ*, *sacris initiatus*, *qui ad sacrorum arcana admittitur*, *mysteriorum conscius*. Sap. XII, 6. *Hesych.* μύσται, μυστήρια εἰδότες. Idem: μύστης, τελούμενος, σιωπηλός, τὰ μυστήρια μαθών, μεμυημένος. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* μύστης, ὁ τῶν μυστηρίων εἰσηγητής. *Glossae MSS.* ad Sap. l. l. μύστας, μετέχοντας μυστηρίων, ἤτοι εἰδότας μυστήρια.

*ΜΥΣΤΙΚΟΣ*, *arcanus*. פֶּלֶא, *mirabilis*. *Symm.* Ies. III, 3. Ita *Bielius*, sed perperam. Nam verba ὁμιλίᾳ μυστικῇ in *Symmachi* reliquiis respondent ibi potius hebr. לַחַשׁ, *incantatio*, *mussitatio*. *Vulg. eloquii mystici*.

**ΜΥΣΤΙΚΩΣ*, *clam*, *clanculum*. 3 Macc. III, 7. μυστικῶς τινὰς ἐπισπώμενοι, *clam* quosdam accersentes.

*ΜΥΣΤΙΣ*, *sacris initiata*, et active *mysteria docens*. Sap. VIII, 4. ubi *mystis* est *sacerdotissa*, *interpres et doctrix arcanorum Dei*. Vide ad h. l. *Baduellum*. *Hesych.* μυστὶς (lege μύστις), μεμυημένη. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* μύστις, ἡ τῶν μυστηρίων κοινωνός.

**ΜΥΧΘΕΩ*, i. q. μυχθίζω, *naso suspendo adunco*, *derideo*. לָעַג. *Aqu.* Psalm. II, 4. μυχθήσει, al. μυχθίσει, αὐτούς.

*ΜΥΧΘΙΖΩ*, *naso suspenso derideo*, *subsanno*. לָעַג, idem. *Aqu.* Psalm. II, 4. *Hesychius:* μυχθίζουσι, μυκτηρίζουσι, χλευάζουσι. *Suidas:* μυχθίζεις, χλευάζεις, μυκτηρίζεις. Adde *Eustath.* in *Il.* δ'. pag. 534, 45. et *Odyss.* ω'. pag. 841, 3.

*ΜΥΧΘΙΣΜΟΣ*, *derisio*, *subsannatio*. לַעַג, idem. *Aqu.* Psalm. CXXII, 4. Hos. VII, 16. οὗτος ὁ μυχθισμὸς αὐτῶν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, propterea *ludibrio erunt* Aegyptiis, h. e. repudiabunt eos Aegyptii, neque iis opem ferent. Adde *Hippocr. Coac. praenot.* pag. 203. A. *Eurip. Rhes.* v. 789.

*ΜΥΧΟΣ*, *penetrale*, *intimus recessus*, *intima pars domus*. Sap. XVII, 4. 14. *Hesychius:* μυχοί, αἱ καταδύσεις, οἱ ἐνδότατοι καὶ ἀπόκρυφοι τόποι, λιμένες, κοιλότητες, ἔσχατα, καὶ τὰ ποιήματα ἢ τὰ ἐσώτερα μέρη. *Lex.*

*Cyrilli MS. Brem.* μυχὸς, ὁ ἐνδότερος τόπος. *Gloss. in Octat.* μυχῷ, ἐνδοτέρῳ οἴκῳ. Confer *Spanhem.* ad *Iulian.* pag. 68. et *Eschenbachii not. ad Orphei Argon.* 271. Apud poetas vox passim de *antris* occurrit. Vide *Spanhem.* ad *Callimach.* pag. 430.

*ΜΥ'Ω, claudo, occludo, obturo.* השׁע Hiph. a שׁעע, *oblino. Symm.* Ies. VI, 10. ἔμυσεν. *Hesych.* μύω, καμμύω.

**ΜΩΛΙΑ'Ω, obstupesco.* קהה, *obtusus s. hebetatus sum vel fio. Inc.* Ezech. XVIII, 2. ἐμωδίασαν, sec. *MS. Ies.* Sed apud *Athanasium* et alios frequenter legitur etiam αἱμωδίασαν, et quidem melius, iudice *Montfauconio* ad h. l.

*ΜΩΗ'Α.* Ipsa vox hebr. מועד, *tempus. Al.* Ierem. XLVI, 17.

*ΜΩΚΑ'Ω, irrideo, deludo.* תעתעים plur. *seductiones.* Ier. LI, 18. ἔργα μεμωκημένα, opera *risu digna.* Sir. XXXIV, 20. προσφορὰ μεμωκημένη, oblatio *risu digna*, h. e. quae Deo non placet, quam Deus abominatur. Vide sequ. *Vulg. maculata.* Legit μεμωμημένη. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* μωκῶν, καταγελῶν. Conf. *Bergleri not. ad Alciphr. Ep.* p. 136.

**ΜΩ'ΚΗΜΑ, irrisio, delusio.* Sir. XXXI, 18. sec. cod. *Vat.*, ubi μωκήματα sunt *sacrificia, quae, quia ex iniuste partis opibus offeruntur, sunt risu digna*, h. e. *Deo displicent.* Vide sub μωκάω. *Compl.* habet δωρήματα, quod est merum interpretamentum. *Alex.* μωμήματα.

*ΜΩΚΙ'ΟΝ, sarabarum, vestis genus, chlamys, pallium.* סרבלין, *clamydes, pallia. Al.* Dan. III, 21. ubi *Drusius* legendum coniicit βράκια. *Scholion* apud *Flam. Nobil.* τινὲς σαράβαρα εἰρήκασι τὰ μὲν παρὰ τῶν πολλῶν λεγόμενα μώκια.

*ΜΩ͂ΚΟΣ, irrisor, subsannator*, et ex adiuncto *adulator.* Sir. XXXIII, 6. ὡς φίλος μῶκος. *Sopingius* ad *Hesychium* s. v. μῶκος coniicit legendum ὡς φιλόμωκος. *Hesych.* μῶκος, μωρὸς, χλευαστὴς, σκώπτης. *Glossar. Philoxeni: Μῶκος, sanna, subsannator.*

*ΜΩΛΩΠΕ'Ω, vibicem verberando efficio.* פצע, *vulnero, laedo. Aqu.* Cant. V, 8. ἐμωλώπησαν.

*ΜΩ'ΛΩΨ, vibex.* חבורה, idem. Ies. LIII, 5. – חבורה, idem. Gen. IV, 22. Exod. XXI, 25. Psalm. XXXVII, 5. *Symm. et LXX* Ies. I, 6. *Aqu. Theod.* Prov. XX, 29. – מום, *vitium, macula. Inc.* Prov. IX, 7. ubi *Montfauconius* per *stimulos* reddidit. Possunt autem vibices מום dici, quia corpus maculant. Confer. *Simonis Lex. hebr.* p. 898. Iudith. IX, 13. Sir. XXIII, 9. *Gloss. in Octat.* μώλωψ, ὁ ἐκ πληγῆς (lege ἐκ πληγῆς) αἱματώδης τόπος. *Hesych.* μώλωψ, ὁ ἐκ τῆς πληγῆς αἱματώδης τόπος, ἔναιμον ἄλγος, θλασθέντος τοῦ σώματος ἐκ τῆς ἀντιτυπίας τοῦ πλήξαντος. Idem post v.

*Μοτύων*· Μώλωψ, τραῦμα, καὶ ὁ ἐκ πληγῆς αἱματώδης τόπος, ἢ καὶ τὰ ἐξερχόμενα τῶν πληγῶν ὕδατα. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* μώλωψ, τραῦμα συγκλωθὲν, κυρίως δὲ ἡ ἐκ βοείων λώρων γινομένη πληγή. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.*

*ΜΩΜΑ'ΟΜΑΙ*, *vitupero*, *reprehendo*. מום, *vitium.* Prov. IX, 7. μωμήσεται ἑαυτὸν, *reprehendet* se ipsum. *Hesych.* μωμήσεται, ψέξει, μέμψεται. Vide et Sap. X, 14. τοὺς μωμησαμένους αὐτὸν, qui eum *accusarant et criminati erant*. Bene *Vulg. maculaverunt*.

*ΜΩ'ΜΗΜΑ*, *vituperium*. Sir. XXXIV, 20. Legitur et Sir. XXXI, 18. sec. *Alex.* ubi, si lectio sana est, μώμημα notabit *sacrificium vituperio dignum*, s. *Deo displicens.* Sed sine dubio ibi μώμημα ex μώκημα ortum traxit, quod vide supra.

*ΜΩΜΗΤΟ'Σ*, *vituperio dignus.* מום, *vitium.* Deut. XXXII, 5. ἡμάρτοσαν οὐκ αὐτῷ τέκνα μωμητὰ, peccarunt, qui non amplius liberi ipsius, *reprehensione digni. Gloss. MS.* in Deut. XXXII, 5. μωμητὰ, ψεκτὰ, μεμπτά. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* μωμητὰ, ψεκτὰ, κατεγνωσμένα.

*ΜΩ'ΜΟΣ*, *vitium*, *labes*, *macula*. מום, *vitium.* Levit. XXI, 16. 17. 21. Num. XIX, 2. Deut. XV, 21. et alibi saepius. Sir. XI, 34. μήποτε μῶμον εἰς τὸν αἰῶνα δῷ σοι, ne tibi *notam* inurat perpetuam: ubi μῶμος notat *infamiam*, *quae inducit hominum irrisionem et subsannationem*: unde *Vulg.* h. l. per *subsannationem* reddidit. Alii vertere malunt: *damnum irreparabile.* Sir. XVIII, 15. μῶμον, *reprehensionem* aut *exprobrationem. Vulgatus: querelam.* Nexus est facilis: nam cum queror, vitupero. Sir. XX, 24. μῶμος πονηρὸς, sc. ἐστὶ, *macula* pessima, s. malo *crimini* est. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* μῶμος, μέμψις, σῖνος. *Hesych.* μῶμος, ψόγος.

*ΜΩΡΑΙ'ΝΩ*, *stultum reddo*, *stulte ago.* נִבְעַר Niph. *obbrutesco.* Ies. XIX, 11. Ierem. X, 13. LI, 17. – סָכַל; נִסְכַּל, Pih. et Niph. 2 Sam. XXIV, 10. Ies. XLIV, 25. – שֶׂכְוִי, *contemplatio*, *mens. Symm.* Iob. XXXVIII, 36. μεμωραμένῳ. De hac versione mihi ita videtur: שֶׂכְוִי, quod a nonnullis Intt. h. l. redditur per *intellectum* (quasi speculationem et perspectionem animi), h. l. notat *omnem rem aspectabilem*, et h. l. *meteoron*, *phaenomenon coeleste.* Confer. *Simonis Lex. hebr.* pag. 1635. Unde luculenter apparet, *Symm.* vel sensum exprimere voluisse (corpora enim ac phaenomena coelestia mente et intellectu carent et tamen Deus ipsis intellegentiam dedisse videtur), vel loco לַשֶּׂכְוִי legisse לֹא שֶׂכְוִי pro אֲשֶׁר לֹא שֶׂכְוִי. *Vulgatus*, *Talmudicos* secutus, transtulit *gallo.*

**ΜΩΡΕΥ'Ω*, i. q. *μωραίνω*. נִסְכַּל: סָכַל, Pih. et Niph. Ies. XLIV, 25. sec. cod. *Alex*. *μωρεύων*.

*ΜΩΡΙ'Α*, *stultitia*. תְּפִלָּה, *preces*. *Symm*. Iob. XXIV, 13. Legerunt תִּפְלָה, *insulsitas*, *insulsum*, *ineptum*. Sed haec versio est quoque inepta. Vide et Sirac. XX, 31. XLI, 18.

*ΜΩΡΟ'Σ*, *stultus*. אֱוִיל, idem. Ies. XIX, 11. - הֵשַׁם Hiph. a שָׁמֵם, *desolo*, item: *stupefacio*. Iob. XVI, 7. - כְּסִיל. Psalm. XCIII, 8. - נָבָל. Deut. XXXII, 6. Ies. XXXII, 5. 6. - נְבָלָה, *stultitia*. Ies. XXXII, 6. - סָכָל. Ierem. V, 21. Sirac. VIII, 22. XVI, 24. ubi *μωρὰ* positum est pro *μωρῶς*.

FINIS PARTIS TERTIAE.

et Timaei rerum Siculárum Fragmenta adjecit. Acced. tabula topograph. Syracusarum. 8 maj. 1818. Charta impress. 1 Thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 18 gr.

Harless, Theoph. Christph., Supplementa ad breviorem notitiam litteraturae Romanae in primis scriptorum latinorum, continuavit C. F. H. Klügling. Pars IIIia. 8. Charta impress. 1 Thlr. 4 gr.
— — Idem liber, Chart. script. 1 Thlr. 8 gr.

Hesiodi Opera et Dies. E veterum grammaticorum notationibus et optimis libris MSS. recensuit Frid. Aug. Guil. Spohn. *Editio minor*, in usum scholarum et academiarum. 8. 1819. Charta impress. 8 gr.
— — Idem liber, charta script. 10 gr.
— — Idem liber, charta mel. 12 gr.

Hesychii, Milesii, Opuscula duo quae supersunt, I. de hominibus doctrina et eruditione claris. II. de originibus urbis Constantinopoleos, et Cardinalis Bessarionis epistola de educandis filiis Joannis Palaeologi lingua graeca vulgari scripta. Graece et Latine. Recognovit, notis Hadr. Junii, Henr. Stephani, Joa. Meursii, Petri Lambecii, Gisb. Cuperi, F. J. Bastii aliorumque et suis illustravit Joa. Conr. Orellius. Cum indicibus necess. 8 maj. 1820. Charta impress. 1 Thlr. 18 Gr.
— — Idem liber, charta script. 2 Thlr.
* — — Idem liber, charta membr. 2 Thlr. 8 Gr.

Hottingeri, Io Iac., Opuscula philologica, critica atque hermeneutica. 8 maj. 1817. Ch. impr. 1 Thlr. 12 gr.
— — Idem liber, Charta script. gall. 2 Thlr.
* — — Idem liber, charta membran. (velin) 2 Thlr. 16 gr.

Isocratis Panegyricus. Textum recognovit, cum animadversionibus Dr. S. F. N. Mori suisque edidit F. A. Guil. Spohn. 8 maj. 1817. Charta script. 21 gr.
* — — Idem liber, Charta belg. opt. 1 Thlr. 8 gr.

Klügling, C. F. H., Additamenta ad Theoph. Christph. Harlesii breviorem notitiam litteraturae Romanae, in primis scriptorum latinorum ordini temporis accommodatam. In usum schol. 8. 1819. Charta impr. 9 gr.
— — Idem liber, charta script. 12 gr.

Memnonis historiarum Heracleae Ponti excerpta servata a Photio. Graece. Cum vers. lat. Laur. Rhodomanni. Accedunt script. Heracleotarum, Nymphidis, Promathidae et Domitii Callistrati fragmenta, vett. historic. loca de rebus Heracleae Ponti et Chionis Heracleotae quae feruntur epistolae, cum versione latina Jo. Caselii. Omnia collegit, disposuit, recognovit, notis priorum interpretum integris aliorumque et suis illustravit et indicem adiecit Jo. Conr. Orellius. Ad calcem accedit Jo. Casp. Orellii epist. crit. in epistolas Socrat. et Pythagoricas. 8 maj. 1816. Charta impressoria 1 Thlr. 18 gr.
— — Idem liber, charta scriptor. 2 Thlr.
* — — Idem liber, charta membran. (velin) 2 Thlr. 8 gr.

Nicephori Blemmidae duo Compendia geographica. Nunc primum edidit Frid. A. G. Spohn. Accedunt fig. geograph. 4 maj. 1818. Charta impress. 16 gr.
— — Idem liber, charta script. 20 gr.

Phrynichi Eclogae nominum et verborum Atticorum. Cum notis P. J. Nunnesii, D. Höschelii, J. Scaligeri et Corn. da Pauw partim integris partim contractis edidit, explicuit Christ. Aug. Lobeck. Accedunt fragmentum Herodiani at notae, praefationes Nunnesii et Pauwii et Parerga de vocabulorum terminatione et compositione, de aoristis verborum authypotactorum etc. 8 maj. 1820. Charta impress. 5 Thlr. 12 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 4 Thlr. 8 Gr.
* — — Idem liber, charta membran. 6 Thlr.

Platonis, quae exstant, Opera. Accedunt Platonis, quae feruntur, Scripta. Ad optimorum librorum fidem recensuit, in linguam latinam convertit, annotationibus explanavit indicesque rerum ac verborum accuratissimos adiecit Frid. Astius. Tom. Ius et IIus cont. Protagoram, Phaedrum, Gorgiam, Phaedonem, Theaetetum, Sophistam et Politicum. 8 maj. 1819. 20. Charta impr. 5 Thlr. 18 Gr. et 4 Thlr. 8 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 5 Thlr. 2 Gr.
* — — Idem liber, charta membranacea. 7 Thlr. 16 Gr.
(Tom. IIIius sub prelo.)

Polybii editionis Schweighaeuseranae Supplementum, continens Aeneae, Tactici, Commentarium de toleranda obsidione ad codd. mss. et editionum fidem recensitum, Is. Casauboni aliorumque et suis annotat. illustratum edidit Io. Conr. Orellius. Cum tab. aeri incisa. 8 maj. 1818. Charta script. 1 Thlr. 16 gr.
* — — Idem liber. charta belg. opt. 2 Thlr. 12 gr.

Prisciani, Caesariensis Grammatici, Opera. Ad vetustiss. Codicum, nunc primum collatorum, fidem recensuit, emaculavit, lect. varietatem notavit et indices adjecit Augustus Krehl. Vol. Ium et IIum cont. de arte grammatica libros XVI. etc. 8 maj. 1819. et 1820. Charta impress. 5 Thlr. 2 Gr.
— — Idem liber, charta script. 6 Thlr. 12 Gr.

Reisigii, Caroli, Coniectaneorum in Aristophanem Libri II ad Godofredum Hermannum. Liber Ius. 8 maj. 1816. Charta impressa. 1 Thlr. 6 gr.
— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 12 gr.
* — — Idem liber, charta membran. (Velin) 2 Thlr. 8 gr.

Socratis et Socraticorum, Pythagorae et Pythagoreorum quae feruntur Epistolae. Graece. Ad fidem Codicis quondam Helmstadiensis, nunc Goettingensis, recensuit, notis Allatii, Stanleji, Olearii, Hemsterhusii, Valckenarii, Koenii, Wyttenbachii, Ch. Wolfii, Il. Bremii aliorumque et suis illustravit, versionem lat. emendat. Allatii, Pearsonii, Olearii, Bentleji, Meinorsii dissertationes et indicia de epist. Socraticis et indicem adiecit Jo. Conr. Orellius. 8 maj. 1815. Charta impr. 2 Thlr. 6 gr.
— — Idem liber, charta scriptoria. 3 Thlr.
* — — Idem liber, charta meliori. 5 Thlr. 12 gr.
Etiam sub titulo:
Collectio epistolarum graecarum. Graece et Latine. Recensuit, notis priorum interpretum suisque illustravit Jo. Conr. Orellius. Tom. Imus, continens epist. Socraticorum et Pythagoreorum. 8 maj. 1815.

Spitzner, M. Francisc., de versu Graecorum heroico, maxime Homerico. Acced. Eiusdem Mantissa observatt. crit. et grammat. in Quinti Smyrnaei Posthomericorum libros XIV at M.

Frider. Traug. Fridemanni Dissertatio de media syllaba Pentametri Graecorum elegiaci et Indices. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 Thlr. 16 gr.
— — Idem liber, charta scriptor. 2 Thlr.
* — — Idem liber, charta membran. (velin) 4 Thlr.

Spohn, M. F. A. Guil., Commentatio de extrema Odysseae parte inde a rhapsod. Ψ versu CCXCVII aevo recentiore orta, quam Homerico. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 Thlr. 8 gr.
— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 12 gr.
* — — Idem liber, charta membran. (velin) 2 Thlr.

Strabonis rerum geographicarum Libri XVII. Graeca ad opt. Codd. MSS. recens., varietat. lect. et adnotatt. illustrav. Xylandri versionem emendav. I. P. Siebenkees et C. H. Tzschucke. Editionem absolvit et Indices confecit M. Frid. Traug. Friedemann. Vol. VIIum, continens Commentarium Is. Casauboni cum notis G. Xylandri, Fr. Morelli, I. Palmerii integris aliorumque virorum doct. selectis, quibus acced. animadverss. C. H. Tzschuckii et appendix varr. lectt. Vol. Ium. 8 maj. 1818. Charta script. 4 Thlr. 18 gr.
* — — Idem liber, charta belg. opt. 8 Thlr.

Theocriti Reliquiae. Graece et Latine. Textum recognovit et cum animadversionibus Theoph. Christoph. Harlesii, Jo. Christ. Dan. Schreberi, aliorum excerptis suisque edidit Theophilus Kiefsling. Accedunt argumenta graeca, scholia, epistola Iac. Morellii ad Harlesium et indices. 8 maj. 1819. Charta impress. 5 Thlr. 16 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 4 Thlr. 12 Gr.
— — Idem liber, charta membranacea. 6 Thlr. 16 Gr.

Theologumena arithmeticae ad rarissimum exemplum Parisiense emendatius descripta. Accedunt Nicomachi Gerasini Arithmeticae libri II. Edidit Fridericus Astius. 8 maj. Charta impr. 1817. 1 Thlr. 18 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 2 Thlr. 6 gr.

Theophrasti Characteres. Ad optimor. librorum fidem recensuit, de notationum ingenio atque auctore exposuit, perpetua adnotatione illustravit atque indicem verborum adiunxit Dr. Frider. Astius. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 Thlr. 6 gr.
— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 12 gr.
* — — Idem liber, charta membran. (velin) 2 Thlr.

Theophrasti Characteres in usum lectionum edidit et indice vocabulorum instruxit Dr. Frider. Astius. 8 maj. 1816. 6 gr.

Tittmanni, D. Caroli Christiani, Meletemata sacra, sive Commentarius critico-exegetico-dogmaticus in Evangelium Joannis. 8 maj. 1816. Charta impress. 3 Thlr.
— — Idem liber, charta scriptoria. 3 Thlr. 12 gr.
* — — Idem libar, charta membran. (veliu) 4 Thlr. 8 gr.

---